
TARRÆI HEBI
Nobilis à Sperigâ
SCIOPPIUS EXCELLENS.
In laudem eius & SOCIORVM,
PRO
JOSEPHO SCALIGERO
& omnibus probis.
EPIGRAMMATUM LIBRI III.
Ex triginta totis hinc inde collecti.



HANOVIÆ,
Impensis ac Typis Willierianis & consort.
CIϽ IϽC XII.



AD LECTOREM.



VM Doctorum nonnullos in eo esse comperissem, ut publicis bonorũ omnium furiis ex suis potissimum libris ora obstruerentur. Ipse quod in me fuit, communi pietatis operi negare nolui, etsi præter ætatem & ingenium videretur, immaculatos mores, & adolescentiam omnibus probis robatã, infestis illis nominibus traducendis, ccupare. Adfectus vero in bonũ publicum mnes moras, omnia obstacula cõtemsit. Nec eriò tamẽ quid hâc indole in id genus homi-ium moliri volui. Iocosis cantilenis & versi-us facilimis eorum deliria irrisi. Vt videant ignos non esse, quos seriò vel contemnamus. xcreuit hoc studenti opus ad XXX. *totos li-ros, quibus omnia ferè ipsorum, quos dicere ntio, facinora salibus tanguntur. Eos certis caussis, quia plurima insunt digna quæ ex-*

actius expoliatur, nunc omnes proferre nolui. In antecessum dare malui tres hos hinc inde ex vniuerso Opere collectos; quibus ab eo propudio, quod maximè insectantur, titulū feci. Si fortassis ludendo pudor ab sacerrimo capite impetrari possit, quem monitis seueris necquicquam alij sollicitarint. Suadeo autē ipsi, quamprimum infelicibus illis manibus hunc libellum tacturus est, non prius ad cognoscendum quam confutandum animum applicet. Tum enim demū saxo & domesticis & peregrè quæsitis suis ornamētis in scenam prodeat, quorum nobis magna copia cognita est, vt desinant etiam sic per vmbram videre suum dedecus, secula. Ita enim eum comtum atque expolitum dabimus, vt minimum suarū virtutum nos non attigisse, ipse confessurus sit. Tu, Lector, ex hoc lusu ne putes nos quenquā cordatum lædere voluisse, omnes vero improbos vltrò prouocare, statim iudicabis, quales mihi responsuri sint.

Vale.

TAR-

TARRÆI HEBI

EPIGRAMMATUM

LIBER I.

I. *Ad Oscippium.*

CVi dono facilem legi libellum,
Arguto modo carmine explicatū,
Oscippi, tibi; namq; tu solebas
Latrantum canis æstimare burras.
Iam tum cum ausus es, une Transfugarum,
Omne æuum horribili inquinare libro.
Pleno, Iuppiter! esuritionum!
Ergo istuc cape, quicquid est, libelli,
Quali fronte quidem tuæ cohortes
Auscultant pia dicta Veritatis.

II. *Ad Lectorem.*

SAlso carmine adesse disputatum
Quemquam crimina Loiolæ furentis,
Scopis verrere, Lector, est ab auro.
Purgamenta Sophisticæ cloacæ.
Quare istuc potes imputare totum
Non vati, sed olentibus Bonarscis.

III. *Ad Orbilium.*

LEctis quattuor aureis libellis

Cur tetrum ſpuis, Orbili, venenum?
Non ſunt quattuor aurei libelli,
Sed ſunt quattuor aurei berilli.
Non ſunt quattuor aureæ papyri
Sed ſunt quattuor aurei Saphyri.
Chartas quattuor aureas putabis?
Sagdas quattuor aureos putabunt,
Contrà vos benè candidi legenteis.
Hui!, dicis, lapides perinde duros
Vt ſunt carmina cum ſuo Poetâ!
At tu mollicule, & parum ſeuere,
Queis te viſceribus probabis eſſe,
Cui bilis, niſi maximos molares,
Per nullos, pote conſidere libros?
Qui cum ſint lapis, atque petra pumex,
Veſtris Spongia ſunt tamen magiſtris,
Quâ delentur imagines notarum
Scripturâ horribili in Scholâ patratæ.
O ſaxicerebrum atque ferriventre,
O durilaterum genus, Sophiſtas!

IV. *Ad Scaligerum, de Sangâ.*

NIL modo de Sangâ ſperandum eſt, Scaliger, Ocno,
Fune niſi vt roſo pendeat ex epulis.

V. *De Orbilio Philoſopho.*

Nil

NIL Cynicorũ olidæ ſordes, nil pulla Crateris,
Diogenis nihil eſt horrida pauperies.
Inuenit ſectam longè & latè probiorem
Orbilius, princeps cui pater eſt; Onicam.

VI. *De Ioſ. Scaligero.*

SCaligerũ Arabio mirũ eſt ſermone locutũ?
Qui loquitur nobis quotidiè Athanatos?

VII. *Ad Ioan. Meurſium.*

MEurſi maxime, quem ſuum Nepotem
Quibat Scaligeri Nepos vocare,
Ni tu Scaligeros tuos tueris
Sæuâ Peſtilitatis à Cohorte;
Cuius ſignifer eſt Scioppus Ambro
Se ſuccenturiantibus Bonarſcis,
Famæ te puto propriæ Nepotem.

VIII. *Ad Tempus, de Scaligero.*

O fuga perennis, orba, cum ſemel lapſa es,
Reuerſionis; Æuitatis ô Torrens,
Paullum morare: Scandit hic ſenex currum,
Sed iam audiiſti, iam vola orbem in æternum,
In te redibis ſemper, hunc ſenem geſtans.
Atq; vbi, memoria longa, debiles ſenſus
Rapace vincet arduum rotâ fulmen,
Semper orietur, atque conſcius Fati,

Vates,

Vates,vigebit,qui perire cœlesteis
Non posse libros occinet Deûm genti.
Quo vindicante Scala floreat semper,
Et inuidorum pereat ordo Latronum.

IX. *Ad Scaligerum de Heinsio.*

Tantũ HEINSI libris debes,tua gesta canẽtis,
Quantum orbis debet,Scaliger,iste tibi.
Maius vtrôq; nihil poteris laudare; Poëta
Dign⁹ se solo est SCALIGER HEINSIADES.

X. *De Heinsii & Baudii Versibus.*

DIuinæ secli volucres,vltricia quarum
Fulmina remigiis cęlo descendere certãt,
Vt steriles stipulæ fœtis vrantur ab agris,
Heinsiadis graue Epos,BaudIq; vltoris jãmbi.
Vos facitis viuum,numquam,Phœnica,senilẽ
Vsturum casiâ nidum,cui Iuppiter ipse
Æternũ imperiũ in volucres cõcessit Olympi.
Suauibus vt modulis Heroũ Augusta canẽteis
Nomina,participes Scalæ vigeatis amati.
Ite viri comites,Terræq; exscendite fumos.
Trans spatia alta polorũ, intrà Penetralia cœli
Æternum Ambrosiæ florem gustate,nefasq;
Mortis,ab ingenuâ diuûm defendite prole.
Stirps æquæua Diis,dum laudibus ipse suis dat
Subtrahit à nebulis se SCALIGER : Ite professi
Diuini

Diuini laudeis longum Scriptoris in æuum.
Intereà, à nobis si quid pia carmina possunt,
Cum super æternæ ramos olim arboris, vltrix
Barbariæ impuræ, volucris longæua, sedebo,
Vestra canã merita, & pro flammicolorib. alis
Heinsiadæ laudeis, Baudiq; vltoris Iâmbos,
Vibrabo numeris, & me super astra leuabo.

XI. *Ad Scoppium.*

IMmensa longi Temporis vides, Scoppi
Quam sit catena? perpetẽ hancce pendebis
Nisi resipisces. Optat hoc tibi Scala.

XII. *Simbolum eiusdem, ex Euripide.*

O gloriosa gloria, incassum tumens,
Quam vana secla deiicis mortalium,
Nihili vt videri maximi possint sibi!

XIII. *In Orbilium & cæteros.*

ORbiliũ quâ fronte iubes salucre magistrũ?
Qua vatem dicas, Pontice, Bauvilium.
Bauvilium qua fronte potes laudare Poetam?
Qua Criticum dicas fronte Scioppiaden.
Fronte Scioppiaden Criticũ qua dicere possis?
Qua possis hominem dicere Stoicidam.
Stoicidam possis hominem qua dicere fronte?
Põtice, durus homo es; qua, nisi marmorea?

XIV. *In Sangam.*

LIxa fuit quondam, nunc est Thraso, Sanga secutor: (edit.
Quæ coxit quondã lixa, Thraso hæc modo (tę,

XV. *In Orbilium ad Poetas.*

ANtipodas lubitũ est si fors spectare, Poe-
Inuersis, nostris sub pedibus, pedibus.
Scandere vos Nasum Orbilii mãdabo, Poetæ,
Cernetis verso podice ibi ire nateis.

XVI. *Ad Lectorem.*

EXcetras pote quindecim domare
Respira, bone Lector, heic legendo.
Restant Orbiliusq; Cratserusque,
Sanga & Scoppius, & Bonarscianus.
Hui quot monstra! quot impii veneni
Clamas, prostibula! Ah tace; inficete,
Nemo horum caput vmquam habere visust,
Ne tu plura putes nisi ipse nullum.

XVII. *Tumulus Scaligeri.*

SCaliger heic posuit deductã viscera mente,
Reliquias cœli Terra habet hoc tumulo.

XVIII. *Epitaphium parentis Scioppi.*

HEic Vespillo iacet. Lictorũ heic regia nact⁹
Sceptra; nefas obitu quale patrarit, habe.
Omnia qui in vita Lictorum munia norat,
Natum esse audiuit Patricium, & periit!

XIX. *In Scioppum.*

NIL non esuriens facit Scioppus
Idem nil saturo facit palato.
O factum benè, quod Scioppus istic
Vnum vix semel est satur per annum!

XX. *In eundem.*

TEcum hominem certare odiis res plena pericli est,
Nã te ipsũ esse homines, Scoppe, putant Odium.

XXI. *In eumdem Stoicum.*

STоicidas nisi tu postes, ceu destina, firmes,
Dudũ omnis Lapidũ machina corruerit.
Et dubitamus adhuc alium te dicere Atlantẽ,
Scoppe, cui incumbat Regia Persephonæ!

XXII. *In Cratserum.*

NOn legi hunc hominem nisi id & semel & malè; dicis
Quem culpas, ius est ter benè pellegere.
Ter legam ego hunc hominem, visum malè quem semel, vsque
Nauseo? Laudabo, lector, eum potius.

XXIII. *In Licinum.*

NIL fecit Licinus decem per annos
Quam quod risit, vt horridus Cachinnos.
Issos si Licinus decem per annos

Viſiſſet, ſapientior fuiſſet.

XXIV. *In natalem Orbilii.*

VIuũ hodie Orbiliũ ſi vis, potes, Aule, videre.
Cras, hodie natus, perbitet; accelera.

XXV. *In effigiem H. Groetii.*

GRotius effigie puer hac florebat: Amice
Dic vidiſſe ſenem, Lector, Ariſtotelẽ.

XXVI. *Ad Orbilium.*

PLagoſæ pater, Orbili, cohortis,
Quod nunc adfero, tu boni æſtimato.
Sceptris dignus es omnium magiſtrûm.

XXVII. *In Auarum Loiolam.*

CVrre, vola, rape, trude, trahe, aggere, & omnia ſolus
Poſſide, habe nihil, heîc cũcta relinq;, & abi.

XXVIII. *In Orbilium.*

ORbilii capitale quis ingenium neget eſſe?
Omneis edidicit diſcipulos natibus.

XXIX. *In eiuſdem diſcipulos.*

CLunibus aduerſis pugnantẽ cerne cohortẽ,
Sculna horũ pugnis Naſus ab Orbilio eſt.

XXX. *In eumdem.*

TV qui clunibus Imperator atris
Nunc huc diſcipulos rapis, modo illûc,
Quæ diſcrimina ſint tuis (piloſum

Quæ possint dare Theseum pudori)
Et paruæ Patientium cohortis.
Si nescis,natibus; profunditatem
Omnem isto potes experiri,adunco
Naso ad iugera quindecim, Magister.

XXXI. *In eumdem.*

PEdentis leue visium puelli
Non est temnere te, Orbili: Scholæ quos
Vestrati dare præsides laboras,
Taleis esse solent Diis prophetæ.

XXXII. *In Bauium.*

LItterulis Bauius his vtitur, in natibus quas
Discipulûm scribit Orbilius ferulis.

XXXIII. *In Scoppium.* (pestis,

Dũ methodũ in Saturâ demõstrat Scoppia
Suauẽ hominẽ in Stoâ quærit amaricie.

XXXIV. *De Daniele Heinsio.*

LErnæã ferro & flãma qui cõtudit Hydram
Vincitur, Alcides, Heinsiadæ titulis.
Illustrem è lustris trahere in præclara diei
Res longè magis est ardua, Torquiuorum.

XXXV. *In Scoppium.*

AVrat⁹ queĩ tã cito Eques sit Scoppi⁹ haud est
Mirũ adeo; auritus q fuit antea Equus?

XXXVI. *In Criticum Scabiosum.*

PErgræcatori te litem indicere versui
Pergallanté, hoc est, Cratsere, de scabie.

XXXVII. *In Rabulam à Radendo.*

IN collo cui pendeant Spadoni
Ni ius testiculis suum negetur,
Suetis permolere omnium maritas.
Castrato modo vate volt triumfum.
Exemplum sibi nec videt cauendum!
Mollis rabula, sic ne te merentem
Insultare decet viro innocenti?
Excisis tibi fratribus luendum hoc:
Seu sis, seu spado nolis esse, dudum es,
Qui tot, perfide, mentulas vorasti,
Omento quibus in tuo relictis
Prodit semiviro, Poeta, libro.

XXXVIII. *In Martialem exsectum.*

QVid castrasse iuuat virum potentem?
Ascylton poterant amare pauci,
Grandi pondere nempe fastuosum,
Nec paruas oboli æstimantem amicas.
Nunc mundus capit omnis hunc Gnythona,
Sic falcem in propriam tulere messem
Gens improuida Loiocolentum.

XXXIX. *In Nicoleum Serarium.*

SCribis Ni modo, coleis recisis

Hoc

Hoc fecit male prouido, Maritus.

XL. *De Orbilio.*

ORbilius naſo ſuppacto Februa fecit,
Dyſenteria ceſſit vt ſuâ è ſcholâ.

XLI. *De eodem Pythagoriſſante.*

VIuũ ataui nasũ Orbilius deprendit in hirci
Pene. Ego nũc herbã do tibi, Pythagora.

XLII. *In Cratſerum.* (queris?

SAlſa tua eſſe putem quã carmina, Cratſere,
Octiduum bibet, hæc cũ leget, Orbilius.

XLIII. *Ad Scoppium Poetam.*

CVm pedibus tibi res quam digna eſt Scorpio, dignus.
Qui nullâ es prorſus re, niſi compedibus!

XLIV. *In eumdem.*

SOcratis vt Scoppus queat iſte imitator habe-
Exẽplo Actæi carcerem init Venetũ. (ri,
Nil nocet heic celerẽ non exambiſſe cicutam.
Germanæ reſtis pocula lenta bibet.

XLV. *In eumdem.*

PEndere votũ quod tuũ, Nepa, hoc ſcimus:
Sed Italo pendere te volebamus
In orbe potius. Vrbis vt tuæ ciuis
In luce poſſes eſſe perpetim rerum,
Inluſtris heros; natus, altus, in luſtris.

XLVI. *De eodem Italiâ cedente.*

POstquã omnẽ è fumo BaronI vixisse culinã
Coniector docti, Scoppius, ingenii,
Cognouit. bibitum ante, suo viuẽte Patrono,
Vendere fumum Italis instituit: eiicitur.

XLVII. *De eodem in Germaniâ.*

PRofecit bonus, ædepol, Scioppus,
MadruccI benè proditâ culinâ.
Illic vix poterat satis mereri
Fumi quottidianum in vsum, at isthic
Flammas perpetuas potest mereri.

XLVIII. *De Stoico.*

AVt De⁹ aut lapis est si Stoic⁹, optimus horũ
Diuinus fiet, Scoppe patrate, lapis.

XLIX. *In Stoicos Poetas.*

SIc Sapiens poterit quid Desipientia dici
Carmina iam scribunt Stoicidûm pueri.

L. *De Orbilio.*

MIrũ epulũ exhibuit nuper Caper Orbilian⁹
Idq; sibi: naso frontẽ epulum exhibuit.

LI. *Ad Scioppum.*

CVm te patricium, Scioppe, fecit
CLEMENS, quã cuperes patrẽ in culinâ
Fecisset tibi. nam tuum helluando
Dudum quam fuit ante, prodidisti.

LII. Epi-

LII. *Epitaphium eiusdem.*

PAtricius, Lictore satus, Gabali quæsitor,
Hoc, Lector, lapis est Scoppius in lapide.
Tu, nisi de tactâ mavis lapidescere prorsus
Gorgone, iā hinc sanos perge mouere pedes.

LIII. *De Scaligero.*

QVæ super immensū ingenio antè exscendit Olympum,
Dic mihi, nūc vbi sit Scaligeri alma anima?
Pauperis est animi signatum ponere diuis
Voce locum: quē vbi sit nescio; vbiq; colo.

LIV. *De eiusdem effigie.*

SCaligeri effigiem in paruâ mirare tabella
Qui mundi vera est totius effigies.

LV. *Ad Frid. Taubmanum.*

O Franca Peithô, Saxonē accolens Albim,
Cognosce ducibus & deinde Achiuorū
Permista Iuuenis corda magna Tharræi.
Te colit, amatq;, BARTHII memor vestri
Qui modo Coloniam inbitens Agrippinam,
Rheni ad fluenta perdidit suum Nomen.
Et iter abiuit nemini recalcandum,
Cœli ad choreas astricas, tui plenus
Amore, viuo semper atque florenti.
Eiusce amicus optimus, modo hæredem

Quem

Quem nuncupauit tabula Barthii exſtincti.
Appello te, claráque voce compello,
Mihi ſis amicus. Nolle ſi cupis, debes;
Nam Scoppii hoſtis eſt Amore Taubmanni
Reapſe dignus, dignus vt ſiet numquam.

LVI. *De Iuſto Lipſio.*

ROma vbi terrarum nota eſt, vbi nomẽ ab illâ,
Gloria Lipſiadę cõſenuiſſe nequit.
Mille annos iacuit, proſtratam mille ſuperbi
Inſtaurare Duces non valuere ſemel.
Lipſius in calamo reperit noua mœnia Romę,
Vnde, iacens olim, ſurgere viſa Dea eſt.
Sceptrigeri Reges calamo concedite LipsI,
Pennigeri maior Gloria facta viri eſt.

LVII. *De* IGNATIO LOIOLA.

CRurifragi nomen non rectè ſcribis aſelli:
G Meruit λόγος eſt Relligio cui ὅλη.

LVIII. *In eiuſdem nomen.*

PErpetuũ NATUS qui crurifractor, ad Ignẽ
IgnatI quæris cur habeat titulum? (eſt

LIX. *Ad Scioppum.*

NOn vulgare tuum eſt, Scioppe, pondus,
Ex quo Patricius loco fuiſti.
Quicquid criminis anticâ, vel idem
Poſticâ quoque parte depatraſti,

Omne

Omne est patricium nefas putandum.

LX. *De eodem* PATRICIO.

PRincipis esse Pater Scoppus quo sine labo-
Lictori ne det mox alimenta Patri. (rat?

LXI. *De Scaligero.*

IMmensi nomen mutat Josephus Olympi
Scaliger; Emensum dic, bona Posteritas.

LXII. *Ad Sangam.*

SI tecum haberes, Sanga noster, hoc grande
Genus luelæ fata vestra non ferrent.
Nunc vbi repletus ordeo est tibi venter,
In glaciem, asellus, prodis atque desultas,
Quis fuste possit temperare, Sangisce?

LXIII. *De naso Orbilii.* (ptū!

COniugium Orbilius naso quam fecerit a-
Stoicidæ nuptū podici eum ille locet.

LXIV. *In eumdem Poetam.* (teis,

NAsuti scribunt plerumq; Epigrāmata va-
Sed Nasos nemo scribere cōmeminit.

LXV. *In Scoppium.*

IN Satura Stoa Scoppus luxata PetronI
Restituit facili carmina Acersecome.
Hoc decet, hoc magnū est, Veneris curare Ne-
In desperatis, Scoppe pilose, locis. (poteis

LXVI. *In Socios ad OWenum.*

Cum

CVm futuit nasum linguâ liuēte Magister,
Nasci mucosum carmē, Owene, negas?
Talia sunt ScoppI, tali se emblemate pingit,
Cum mimum in Clari veste, Bonarscus, agit.
Hoc Socii pacto salsos meditantur Elenchos,
Cum superest calamo pro Ratione Furor.

LXVII. *Ad Scoppium.*

TV, qui sectarum caussas & momina nosti,
Scoppe, πειραπίζειν, dic mihi, dogma quod est?

LXVIII. *In eumdem lasciuum.*

NVpturiunt Fures, Stoam recludite, Lusco
Patriciis aliquot torquib. hîc opus est.

LXIX. *In eumdem.*

ROma, tuū ciuē Scoppus crepat: Vrbe quis illa
Villicus, in qua sunt marmorei Agricolæ?

LXX. *De Vrintio.* (morē

VRinti⁹ ad Magnum scribēs, quē gestet, A-
Æquare ingentē posse Giganta, canit.
Dii Superi, qualem fecistis corpore vatem,
Cui iecur est Cæi aut Enceladi hospitium!

LXXI. *De Scioppo Poeta.*

QVi pauca panxit posse genere de cuncto
Patrare numeros Scoppium meū, credo:
Imitatur ille sic suos Patres, quorum
Inire numerum potuit hactenus nemo.

LXXII. *De Catharmatis.*

CVm Scoppium videmus esse prægnantẽ;
Et Nixios vocare Barbarum Clarum,
Bauum incientem nescio quibus ronchis
Subtus crepare: Spiritus magistraleis
Ad vnum habere partui subhastatos
Orbilium; & illud monstra quod super cuncta est
Peperisse Sangam; quid moramur, aut porrò
Tricamur, illis summa quin Deûm cedat
Plus homine qui se iactitant suo posse?

LXXIII. *Ad Scioppum.*

TV cum te nihili esse confiteris
In rerum numero incipis quid esse.

LXXIV. *In eumdem.*

QVod Cardinali Stoicus Choro noster
Præcepta docta scribit, hoc sibi impẽdit.
Nam somniando Cardinalis est dudum.
Et ille sensus vnicus super Stoo est.

LXXV. *In eumdem.*

CVr benè sit Scoppo dũ Stoica repit in arma
Quęritis? huic nũquã, turba iocosa, male (est

LXXVI. *In Iesuitas.*

FLagra Dei, Mundo stirps Loiola facta nocendo est,
Illa vret, versa cum Impietate, Deus.

LXXVII.

LXXVII. *Ad Scoppium.*

COrpore q molli Gall⁹ queat esse Cybelles,
Hellespontiaco durus in, ille, libro, est.
Prodigio simile hoc: betâ qui mollior omni,
Marmoreum penem Stoicus auctor habet.

LXXVIII. *De Iano Dusâ.*

DVsi⁹ est priscis mera nox: q̄d Dusa? mer' Sol.
Heic veterũ vincunt nomina, fata noua.

LXXIX. *In Nasum Orbilii.*

QVæritis vnde putẽ Napelli nomen oriri?
Pellis de naso est, Orbiliane, tuo.

LXXX. *In Loiolas.* (rũ

VOsne Nouatorũ Criticos, vos dicere, quo-
Est veteratorum nomine nota cohors?

LXXXI. *In Bonarscum.*

QVis te, luride, quis iubet, Bonarsce,
Illoto pede ventitare casta
Spurcatum iuga candidæ Thaliæ?
Vt libro horribilique, tetricoque,
Infercire velis ligata verba?
O pestis mala narium piarum
Fosse è stercore: Te, fimi inquilinum
Murrham prodigium est olere velle!
Quin istuc apage ad suum cohortem

Qui grunnire modo ordiuntur aptè
Cum te præside pessimo carendum est.
O Scribane, facete dum latebas,
Quam Clarus modo factus, inter omnes
Obscurissimus es tuos: habesne
Quod possis mihi, vela iam explicanti
In laudum pelagus tuarum amarum,
Fæx oppedere Loiolæ latrinæ?
Infandissime quotquot exstiterunt,
Quotquot pòst aliis erunt in annis,
Quotque adsunt modo; quos obire cunctos
Secti regula Loiolæ iubebit,
Vt possint Socii cluere soli.
Afram ceu Basiliscus ad Cyrenem
In campo dominatur vnus amplo.
Liuentem procul, & procul nocentem,
Quem sæuæ quæq; belluæ tremiscunt.
Sic te Scorpius, & Ferinus Vrsus,
Linquent postidea, tui veneni
Non iam dira pati arma sustinenteis.
Quamquam Scorpius iste, quô priorem
Vix te ipsum modo nominare quiui,
Nil iam cedere, sed tuo velit se
Multum participare de Triumfo.
O stirps horrida Ditis & Megæræ
Gens Cyclopica, nata de Chimæris,

Fæx mundi, opprobrium & luela rerum.
Quo vos fine dabit perire tamdem
Quam nunc nomine luditis, professo
Omneis nequitias, scelusq; totum,
Maiestas Domini Deique JESU?

LXXXII. *Priapus loquitur.*

FVi Priapus ante, nunc rudis stipes:
Nihil iocive viriumve languenti
Mihi reliquit, haud puella flauentem
Comam reuincta flore mille fulgorum.
Nec aut salax puellus, aut tener pullus.
Silere posse me videbar, hoc factum
Patrasset vlla si puella, vel florens
Ephebus ore, vel timens nucum pullus.
Sed illud, heu, mihi illud intulit damnum,
Senilis ille, Stoico rigens mento,
Cyniscus ater, Ambulusq; nocturnus,
Tacere quujus horridum volo nomen.
Quod ipse nuper Italo dedit venum
In orbe; quod redemit vnicâ cœnâ
Madrucii coquina, floris exstincti.
Quod ipsus ille more si mihi sueto
Perire panticem iuberet, omenti
Dolore temperare maximo quibam.
Sed ille, væ me, & horridum & nouum plan

Inus

Inuſitatum,& omnibus modis dirum
Scelus patrauit,atque me mihi exſuxit!
Quod ora ſi petulca ſenſero porrò
In iſtud aduenire crimen expanſa,
Sedet natem deinde vertere in buccam,
Vt ipſe doctus ille,quem loquor,Cleptes,
Loquace cum ſemel repletus eſt buccâ,
Natem reſoluit in trecenta dictata.
Medela ſi qua lautior meo morbo
Cui videtur,indicet rogo:Gratum
Habebit ille ſentietque,cum optabit.

LXXXIII. *De eodem.*

EXſuccum ScoppI quod Cõmentatio fecit
Helleſpontiaco eſt vna medela Deo.
Pro pene exſucto naſus ſtatuatur hiantis
Ad bis dena malum iugera,Scoppiadæ.

LXXXIV. *In Sangam.*

TEnebroſe Sanga,ſiue,peſtilens anguis,
Iſto latere nomine autumas dignus.
Tibi vt Bonarſcus antefixit exemplum,
Dole,dolere ſi potes,rogo,tamdem.
Scena eſt aperta iam libidinum,denſâ
Quas Nocte Loiolita nectit in Lucis
Sacros profetas. An tibi haud ſatis clarè
Clarus periſſe viſus iſte crabronus?

Dole,dolere si potes,rogo tamdem.
Conuicte Sanga: Nomen effuge obscœnum,
Tuoque prodi,teq; prorsus expurga
Errasse confitendo. Nam nisi prorsus
Vt hoc videre contigit tibi Carmen,
Resipiscis illicò atq; Loiolam eiuras,
Periisse tempus arbitror tuæ vitæ
Puluisculo ipso.verba sed cadunt ventis.
Imaginor videre iam tuas cristas.
Scioppii Furoris vt dolor splendet,
Qui Stoicorum fata dum libro infercit,
Ad incitas redactus exsulat mensis,
Vertit culinas Italum,fugit fumos
Quos ipse fecit,vendidit,bibit,mandit,
Comedo,Biboque,Venditorque fumorum.

LXXXV. *In Scoppium. Ad OWenum.*

INgluuiei quantæ nostrum Zenona putabis?
Vno Equitē & Comitē cœnat,Owene,dic.

LXXXVI. *Ad Sangam.*

DE variis vitiis eadem quod dicta coloris
Eiusdē vobis,Sanga,canā,quereris? (armos
Dic mihi cū Scoppo modo nigra modo alba p
Exsultēt, cur dant lora rubram induuiem?

LXXXVII. *De Castratoribus.*

DVm nolunt fratreis mollem retinere Poetā

Loiolæ, ipsius facti sunt sępe sororeis.

LXXXVIII. *In Ribadeneiram. Pietas loquitur.*

LVserunt mecum vecors Ignatius, et qui
Igni atraque ferum bile sequuntur auum.
Luserunt dico: voluerunt nempe nocere.
In libro perii, Ribadeneira, tuo.

LXXXIX. *In Monachos.*

LIgnipedes asini, pullo tecti ora cucullo,
Fustibus in capite est, nō opus in pedibus!

XC. *Ad Aquicum.*

MAnduci pueros si vis adsuescere formæ
Scoppisci profer solam, Aquice, effigiem.
Vltro ad Terriculi decurrent ipsius ora
Cum saltim limis hanc faciem adspicient.

XCI. *In Orbilium.*

HOrrida in Orbilii fateor me scribere nomē,
Idque adeo præ me carmine quoq; fero.
Ignoscent, scio, Lectoreis, Criticique seueri,
Talem hominem tali se gladio iugulo.

XCII. *In Monachos.*

DElicias vbi nunc rerum, Mariane requiras?
In claustra has rapiūt vētrisequi Monachi.
Vt mundum eiurant lepidè, qui mundi⁹ omne
E mundo secum in tæda sepulcra trahunt!

XCIII. *ROMA.*

ROma Amor.inuerſa eſt:quid mirum? inuerſum ob amorem
Omnia quæ inuertit,vertitur in ſcelera.

XCIV. *De eadem vetus dictum.*

PRimo qui bitet impetu peregrè
Romam,nequitias videbit illîc.
Cognoſcet vice vectus huc ſecundâ,
Patrabit quoque,tertiò ſi adibit.

XCV. *In Scoppium Cenſorem.*

SCoppi impudice,Cenſione Verderi
Hoc impetras,te nemo vti tibi ignoſcat.

XCVI. *In Sangam.*

STramineus lixa eſt & Scaligeri arma veret,
Fortior eſt,virtus quã tua,Sanga,Timor.

XCVII. *Eidem.*

PEndendum tibi,Sanga,cum ſemel ſit,
Fac tamdem officium virile,ne te
Truncet Scoppiades,cauere poſſis.

XCVIII. *In Scoppium.*

IVretum tollit dum ſupprimere audet;ô iſte
Laudator ne me Scoppius attigerit.

XCIX. *In Cottam.*

VSque ad Delicias Catullianas

Infregit numeros Catellianus.
Qui ſic latrat, eum breui putamus
Tractis per triuia iliis iturum.

C. *De Scioppio.*

COncipilat magni ꝙ ſcrinia docta GifanI,
In ScoppI libris, Cæciliane, ſapit.
Cætera ſunt folia & fructu ſtramenta reciſo.
Loiolæ tamen his paſcere Secta queat.

CI. *In Bauilianum.*

Qvẽ laudas tamdẽ, dicis, tot Nomina culpãs,
Hoc cedo Satiris, Buuiliane, tuis.

CII. *In Scaligerum.*

MVndi agrũ ingentis, Naturæ diuitis hortũ,
Harmonię pratũ, Mnemoſynesq; nem⁹.
Cum cecini, nondũ ſatis eſt tibi, Scaliger: ergo
Quære tibi vatem: Nil ſcio Scaligerum.

CIII. *In Stoicos.*

Qvid me ad Stoicidę poſcis ſpectacula ſectę?
Sæpè hircos vidi, Pannice, marmoreos.

CIV. *De Scoppio Grammat.*

SCribere de Latiâ volt Commentaria voce
Scoppius, vt poſſit vincere Gifanium.
Stoicidæ columẽ ſectæ, tibi num excidit illud?
Stulticiâ eſt doctâ nil inamabilius.

CV. *In Laudem I. LipsI.*

VBi litteræque litterisque credita
Doctrina floret, Lipsius nequit mori;
Proin sepulcrum litteras LipsI puta,
Antiquitatis ille Conditorium est.

CVI. *In nomen Sanga.*

NOmen Sanga sibi dedit, profectò,
Angit se cruce sanguinante Sanga.

CVII. *In Scioppium.*

RIdendo vetulam sibipte pictam
Prodit Verrius interîsse Zeuxin.
Plorando sibi Stoicum, Scioppus,
Instructum, sine vindice interibit.

CVIII. *In Orbilium.*

NOn est pumice rasus exoleto,
Hinc nasum Orbilii timet iocantis
Tarræi iuuenis liber iocosus.

CIX. *De Carminibus Bonarsci.*

CArmina cum clari capio censéda Bonarsci,
Nil deleturio, cuncta cacaturio.

CX. *De Orbilio.*

TAx⁹ pro calamo est. pro succo sepiæ, omasũ
Harpyiæ. Orbilio magnificum ingeniũ est!

CXI. *Ad Ioan. Seussium.* (re,

PVtschiadæ tumulũ benecolẽti tinguere odo-

Ad stacten myrrham est addere, Seussiade.

CXII. *Ad OWenium.*

SI quid salsior es tu, OWene, fingo,
Ignosces salibus iocantis: At tu
Scin' qua conditione? vindicando.

CXIII. *De Scaligero.*

TEmpora restituit, diuorũ illustret Honoreis,
Scaligerum sua nî tempora destituant.

CXIV. *In Vrintium.*

OMnino est aliquid perdẽdũ è mole libelli,
Vrintius est cautus, nil necat insubidum.

CXV. *Epitaphium Dusæ Filii.*

SCribendo pueros iô, deterrete parentes,
Non annos numerat, sed fera Parca, libros.
Dusa puer periit viuendo: Parca recîdit
Scribendo libros, dum videt esse senem.

CXVI. *Ad Goldastum.*

MVlta tuas laudeis cantaret pagina nobis,
Præ cunctis vna est. Loïolis odio es.

CXVII. *Ad eumdem.*

O Germanæ Anima indocilis Virtutis ab vllo
Æquiperari acri iudicio, Melior.
Tene etiam infelix tentare Scioppius audet
Et pater impuri Cratserus Eloquii?

CXXII. *Eidem.*

NEc eloquens nec eruditus aucupor
Tibi vocarier; Pium
Caſaubonus putato. Nos tuum decus
Deorum honore ducimus.

CXXIII. *In Sophiſtas.*

NEmo ſtultior eſt Sophos profeſſis,
Inuiti ſiquidem, quod eſt neceſſe
Factu, iſti faciunt, furore duplo!
Errent vt homines, quibus neceſſe eſt,
Diuos viuere, viuere eſt Deorum.
Mortaleis decet à Diis moneri
Nec ſe diſſimulare: cum ſiniſtri
Quiddam contigerit. Medela promta eſt.
Exemplis homines ſuis volentes
Ignoſcent, niſi ſint mali, aut Sophiſtæ.

CXXIV. *Ad Scioppium.*

O Scippi, pater eſuritionum,
Iſthîc fercula nulla cum ſuperſint,
An porro venies & has in oras?
Quod te per ſuperos, tuosq; manes
Quos tu perpeteris, ſed vſq; ad ipſum
Magnæ Relligionis Vmbilicum,
Oramus vice Patriæ, venito.
Dudum Francia nil dedit Barathro.

CXXV. *Ad Theod. Siberum.*

RHetor verbipotens, Sibere culte,
Rhetor mentipotens, Sibere docte,
Laudeis ire per arduas tuorum
Imbelli pede carminum volebam.
Moles mollem Operis quatit Poetam.
Tu succurre tibi, precor, canendo.

CXXVI. *Ad Weinrichium.*

QVidam dicere, Weinrichi, professus
De te friuola, dictitat Poetam,
Solam Grammaticen cluere doctum.
Hinc possis hominis notare captum,
Præter Grammaticam potesse quemquam
Qui quid scire putat, nec omne in illâ.

CXXVII. *In Scioppum.*

AVrea sunt Scoppo data iam calcaria, vt aiũt:
Ante aurũ manibus, nunc rapit & pedib?.

CXXVIII. *In Stoicos.*

FÆces Stoicidæ bibunt dierum,
Imo ipsas faciunt olere fæces,
Nardus nautea, bilis hisce mel est.
Sic semper sapiant, & hâcce Pœnâ
Viuant Nestoream quater senectam.

CXXIX. *De Orbilii sepulchro.*

AGnato in tumulo potest iacere

Post

Pôst mortem Orbilius quotidianam,
Nasus cui camurum dabit sepulcrum
Rufis marmoris arcubus cauatus.
Atque istis puto iam sepulta dudum
Stirpis nomina Nobilis teneri.
Illîc Clunituus iacet Magistrij
Prælongâ seriē parens parentis.
Illuc & Quaticulius recessit,
Illuc & Natitundius subiuit.
Et Trux Flagrio cum Laboriplago,
Et Loraria Pleias horridorum
Vsque istum Natipurgiûm ad Nepotem.

CXXX. *In Parricidam Regis Galliæ.*

TEt patrē occidit Patriæ qui in principe Pa, (trē
Imo ille occidit, quam potuit, Patriam.
Per Patrem occidit Patriam: Per viscera Patrē
Occidit Patriæ: proh scelus! et moritur!

CXXXI. *De Henrico Rege.*

MOrtiferum ferri frigus dum sentit, in isthæc
Maximus erupit carmina Borbonius.
Pro te quod voluitam sæpè; ô Patria, per te:
Quādo ita volt Francus degener; inteream.
Te stantem adspiciens cecidi, te stare cadentē
Qui potui. Quanto Sors mea prosperior!

CXXXII. *De eiusdem et Henrici III. Obitu.*

Diis

BArbaries fando q nulla audiuerat vmquã,
Francia bis factum vidit,& intremuit.

CXXXIII. *Ad Parlamentum.*

DIis æqui Patres,clemens sentẽtia vestra est,
Henrici occisi quæ sequitur facinus.
Qui patrẽ occidit, Patriamq; in funere Patris,
O Patreis,plus quam debuit ille mori!

CXXXIV. *De Henrico Rege.*

HIc Fortitudo cum Sorore defuncta
Clementiâ est sepulta. QUART⁹ HENRIC⁹.

CXXXV. *De eodem.*

DVcere cum fatis si tu velles rationem,
Debebant,Regum maxime,multa tibi.
Hoc timuere Dii:quare,sine iudice,mortem
Rex,improuisam deproperâre tibi.

CXXXVI. *De Scaligero.*

OMnia qui docuit,se nõ doctũ esse putabat
Scaliger,excipias;quando mori didicit.

CXXXVII. *In Orbilium.*

ORbilii nasus sit regula Grammaticorum,
Stultius hoc nihil est & Sapidiputius.

CXXXVIII. *Ad Scioppum.* (di,

QVid te tã multis velim ego modo versib.au-
Dispereas volo:id est,vt semel erubeas.

CXXXIX.

CXXXIX. *In Grammaticum.*

VIvere cui legere est, comedēdo, larua, bibē-
Vsq; Solœcismos, Orbiliane, facis. (doćq;,

CXL. *In Scioppum.*

DVm fabulas corrumpit aureas Phædri,
Magnum Scioppus se facit; leuat cristas,
Et Pabepergum somniat Ioachimum,
Burghusioque vendit arduum palpum.
Virtute sese plurimos suâ fingens
Eosq; Capitales sibi inuenire hosteis.
O inuidendum specular, in sinu cuius
Tragœdiam saltaret horridam Thespis,
Inunctus ora fæcibus quidem nullis,
Sed gloriationum inaniis ventrem
Distentus, vnde pariat asinum, equi Patrem.

CXLI. *Ex eiusdem verbis.*

INiquitatem, matris incestum suæ,
Vocat Scioppus fati, iö Sanctum virum
Lupæ ille Prouidentiam includit locis.

CXLII. *Ex iisdem.*

ET genus & Nomen sibi inutilia esse fatetur,
Nomine qui nullo est vtilis & genere.

CXLIII. *Ex iisdem.*

VIuere dum viuit, minitatur velle Pioscus,
Credere nemo velit. Larua malæ fidei est.

CXLIV. *In Stoicos.*

STare diẽ totũ mala porticus imperat: hui quã
Sit bellum penis quod pedis officium est,

CXLV. *Ad Frid. Taubmanum.*

TVne etiam lento dabis otia pigra veterno,
Nec Famæ poteris euigilare tubâ?
Post alapas Plauti, Latiæ post pilea Linguæ,
Et Maro Taubmanno circumagendus erit.
Si torpere tibi lento pędore placebat,
Hoc poteras vulgi demeruisse Notas.
Inter Sole satas Aquilam torpere volucres
Duplex in mediâ est ambitione nefas.

CXLVI. *Ad Scioppum.*

FRigida sũt, fateor, q̃dã heic Epigrãmata no-(bis,
Mentiris calidè tu tamen, ista putans.

CXLVII. CLARVS BONARSCIVS.
BONASVS, LAR CRVCIS.

LAr Crucis est Bonas⁹ q̧ Clar⁹ in Amphithea-(tro
Voce nothâ, Lemurũ põpa, Bonarsc⁹ erat.
Ne genius FVRCIS, Gabalis ne desit, in vno
Et genius Furcæ est et Gabali, Bonaso.

CXLVIII. *De Catharmatis.*

IN me si ludent Scoppus, Bauo, Sãga, vicissim
Plurima, quos nobis falsũ Epigramma notat.

Lude-

Ludere, nil vltra, poterunt, sed lusibus istis
Vlciscor terræ queis ego prodigia.
Ipsorum è meritis non mollis aculeus instat,
Hunc contrà lambant, si bene quid sapiunt.

CXLIX. *De Scaligero.*

TEmpora dum mēdosa suo dat Scaliger ęuo
Et conuulsa æui vortice, restituit.
Destituit vitam, sed gratus Temporis ordo
Æterno florem dat Medico proprium.

CL. *Eiusdem Epitaph.*

SCaliger heic Iosephus habet: mirare iacentē
In tumulo, Lector, qui cadere haud potuit.

CLI. *Ad Mel. Goldastum.*

MElior beate, prosatum diis genus,
Heluetiorum Sanguis Heroum potens.
Deliriorum Cratseri ferociam,
Scioppiique venditum sceleri Caput,
In te furentis insilire machinæ
Scis Conditores. Illa Laudum maxima est,
Ne tibi Poetæ garriant præconia
Stipata densis Eloquentiæ iubis.
Laus ista meritis cesserit dudum tuis
Cum Veritate nixus antiqui puer
Candoris, in te litterata Numina
Micante convertisti amicus indole.

Nunc

Nunc alia res eſt. Publici vindex ſacri
Cæſarea decora cum ſitu veteri eruas,
Tuba digna meritis nulla reſpondet tuis
Calumniantis præter inſultum gregis,
Collegiique Loiolitici hoſticas
Minationes, impudentiâ ebrias.
Hæc illa Laus eſt ſumma quæ ſequi ſolet
Ingenia rerum, peſſimo cuique optimè
Quem diſplicere. Neſcit exire altius
Suprema Virtus. Conſcientiam tene
Intra penateis pectoris ſaluam tui,
Et opere monſtra, qua colas Numen viâ.
Quod ſuperat, vltrò diſpareis mores videns
Inſiliet anguis inuidæ Inpotentiæ.
Et claritatem Mentis excibit tuæ,
Vt ſcripta condat quæ Perennitas ſinu
Adoptet almo, nec nouerca poſtmodo
Adedat ruina Temporis, longâ fugâ.
Intra te habeto Teſtimonium tuæ
Virtutis altum. Fama te probet viris
Exterior à te: Maximus Iudex domi
Aulæa nulla patitur obtendi ſibi.
Examinator omnium exactiſſimus
In pectore operis admonet quemvis ſui:
Probitas ſubacta Conſcientiæ fide,
Vltrò probanda Laudis ambitur tubâ,

Latêre si quem vitia non sinunt malæ
Cohortis, omnis imminentis momini
Occasionis, vt negocium piis
Facessat extrà, lædere intus quos nequit,
Is pro Poetâ carminum argutissimo
Censet ferocis impetum Lasciuiæ.
Vt quisque doleat esse tam malum genus,
At ipse tetros ridibundus alites
Fundamine imo non mouendus, excutit.
Vt miles acer, inque procinctu gradum
Tenens potentem, rauca stridentes tubas
Immotus audit, & premit fixum pedem.
At leuis, & albo tegmini in parmâ timens,
Veles, sonantis sequitur adfectu impetum
Litui per arma, iam periculum exiit
Cum pallor ora signat insueto tamen
Furore captus, & negat virum sibi.
Sta fortiter, Goldaste, quis turbo tibi
Inusitata dona Numinis queat
Excutere, corde queis triumfas intimo?
Nec ista dico nescius velut tuæ
Virtutis, auctor carminis salsi nimis.
Sed tua profundo mihi recepta pectore
Amore flamma mutuô egregium calens,
Sollicita pro te pectora in numeros agit.
Te dignitate nobilissimâ Sacrum

Conſtantiæ perennis, et Letho inuiæ
Honoris alta iam quadriga ſubleuat
Vltra furentis impetus Vecordiæ.
Nec eſt timendum poſſe percelli retro;
Ambitio quem non eleuauit feruida;
Sed ipſa Virtus manibus extulit ſuis
Ad arcis alta maximæ cacumina,
Sapientiæ queis Summa perpetua inſidet:
Beatitate Nata, genitricis ſuæ
Parens viciſſim maxima et ſanctiſſima.
Nos fœda dictu nomina occulto ſale
Notamus, atque ſapere non ſuetâ viâ
Docemus; vt ludente ſubrepens ioco
Epigramma cultum vitia rimetur malâ,
Excutiat antris, et diei proferat,
Pudore victa vt Conſcientiæ ſuæ
Deſiſtat olim Inuidia luridis ſonis
Gentem allatrare iam receptam ſedibus
Patriis deorum. Non quod in mores cadat
Laſciuia iſtos, quos colo ſanctiſſimos,
Sed ſeriarum nulla pugnarum quia
Pretia eſt videre, dum iocamur, ſeriis
Paullum remotis, vitia gentis impiæ
Calamo notamus ingerente carmina.
Loliginis nil eſt, ſed omnia arbitror
Deducta ſacræ Conſcientiæ ad fidem.

Tu mihi meorum testis accedes, vicem
Mille alterorum nobilis morum, cui
Nota ipse cuncta cordis arcana extuli.
Et Posterorum si merebitur mei
Quid Operis oculos, gloriabor unicè
Tuo me amore quod Tuum impertiueris.
Nec ingruenteis hosticâ contrà manu
Timeam latrones. Adsit infelix Coquus
Opere alieno comtus, & fumo ebrius, *
Goldastiumque nomen inuolet strepens. *

**

CLII. *Ad librum.*

I liber, ad Socios, & longum theta merere.
Hoc erit arguto pro Colofone tibi.
Cætera gens variâ, dum laudat, imagine ludit,
Nulla vituperio Laus prior est Sociûm.

CLIII. *Parodia faseli in Sangam.*

FErinus iste, palma vestra, Cantabri,
Boat venire quadrupes ferissimus,
Nec vllius furentis impetum Lupi
Nequire præualere, seu sit vnguibus
Paranda ei rapina, siue faucibus.
Et hoc putat superba Patriæ Patrum
Fugare se arma, & insulas Batauicas
Frisumque nobilem, inclutamque Geldriam,
Selandiam, potens & Angliæ iubar.

Cui

Cui iſte,nunc-Ferinus,anteà fuit
Iners aſellus; inde Flandrico in iugo
Rogante ſæpe bucculam petIt ſono.
Lëyda docta,Belgiumque nobile,
Tibi hæc beata viſa perfidiſſimus
Boat Ferinus, exque Celtiberia
Tuum inuolare nomen autumat ſcelus,
Tua erudiſſe ſe negat ſcientiâ,
Nec inde tot per impiiſſimas minas
Canem redire; Larua ſiue noctua
Dediſſet omen,aut vtrumque furcifer
Simul ſecutus eſſet alitem improbè.
Nec vlla vota Numini Nouenſili
Data eſſe peius,atque quæ dat hic ſcholis.
Nouiſſimam hancce laruam aduſque Loiolæ.
Sed hæc prius luenda, deîn malum ſuum
Sequatur ipſe,ſeque dedicet tibi,
Priapus Attys,& Priapus Attyos.

TARRÆI HEBI
EPIGRAMMATUM
LIBER II.

I. *Ad Ianum Gruterum.*

HIstoriæ noua lux Latiæ; Gruytere, quid ad te
Carminis incomti blanda Camæna ferat,
Disce, nec inuitum te publica cōmoda paulū
Subtrahere à magni Temporis orbe sinent.
Inuidiam suprà tua dum te fata locarunt,
Nos contrà hostilis machina fraudis agit.
Scaligeri manes & diîs æquæua propago,
Nūc quoq; sub tumulo nō sua bella mouēt.
Quà malus, & ꝓpriâ nequiēs clarescere famâ,
Insilit in cinereis Liuor, & ossa premit.
Nos contrà numerosa iocis opponimus orsa,
Vt pereat, ridet dum Cytherea, Furor.
Te quoq; te in partem casti deposcimus ausus,
Scaligero propior quo sene Nemo fuit.
Siue opus antiquos cartis exscindere næuos,
Seu foret obscuris reddere sensa Locis.

Eia

Eia agedum blandæ Seiren germana loquelæ
Iunge meis Laudeis, mens generosa, tuas.
Quidquid in alterius magnũ mirabere famâ,
Particulam laudis quibis habere tuæ.

II. *Ad Is. Casaubonium.*

Altera lux dii quondam senis, inclyte Graio,
Inclute Romano, Causaboni, eloquio.
Cujus ab innumeris animæ vis lecta Poetis
Pro Lare germano pectora dia colit. (rem,
Hunc quoq; , qui studio sollerte meretur amo-
Quamlibet à meritis sit rudis auctor, ama.
Quiq; Deûm calamo, quo nil generosi⁹ exstat,
Prosequeris maneis vindice Scaligeri.
Has quoq; ceu Numẽ, cape, Tutelare, tuẽdas
Inuidiæ cartas, quas face terret Agon.
Scilicet in cinereis sancti senis, inque sepultas
Relliquias etiam nubila Liuor agit.
Nos Radium Phæbi vestrâ de fronte micantẽ
In numquam arsurum sollicitamus Opus.
Vt procul infelix, solâque libidine pugnax,
Brachia proiecto Scorpius ense rotet.

III. *Ad C. Ritterhusium.*

RIdebis, Riterhuside, an dolebis?
Hostem Scorpius Hebii fatetur.
Et nolit velit, illico fatendum est,

Nam veſtrûm Hebius omnium (quot eſtis
Hoſtes Loiolitica catervæ,
Per quam nemo pius, nec eruditus
Saluo Nomine quiſquiam probatur.)
Vltrò clamitat eſſe ſeſe amicum.
Ridendum, Riterhuſide, & dolendum eſt.
Iam reſtem ſibi Sanga fabricatur,
Iam delet tabulas luto Bonarſcus.
Pleno Socrate iam bibit cicutam
Stoæ Scorpius ille Reſtitutor.
Quorum de gabalisq;, cruribusq;
Obſcœna ingluuie, atque olente omaſo,
Tot proſerpere beſtias videbis,
Quot mendacia computare neſcit,
Qui pectus gerit omnium Tabernam.

IV. *In Lojolitas.*

EVerſiones machinata regnorum
Quacunq; diro Secta conſtitit greſſu,
Baſiliſcus olim, qualis in ſolo ſolo
Dominatur Afer, ſubditosq; arenarum
Campos veneni torret ardidi tabo.
Etiamne regnum litterarium obſcœnis
Tentatis armis, & cruore roranteis
Regum lacertos, Principumque ſanctorum,
Sacraria in ſerena ſiſtitis diuûm?

Exite

Exite perfidi,impiique Latrones,
In ſola regna Peſtilentiæ veſtræ.
Fucosque vanæ Sanctitatis imbelleis
Probate veſtris anguibus: vicem Scalæ
Europa tamdem ſurget in libros,quorum
Vel copia ipſa Spiritum impium elidet,
Quem contra Ieſu nomen,& Dei Cœtus
Inviſa turba geritis in ſcelus veſtrum.

V. *Ad Regem Angliæ.*

EXtrude regno,proiice impiam ſectam,
Ver illa ſacrum eſt Angliæ; Sacer Princeps,
Europa cuius Laudibus ſtylum vibrat.
Pietas Parens eſt ſtabilis à Deo Regni,
Ruina Loiolitici Patres cœtus.

VI. *Ad R. Galliæ.*

HAnc tibi Columnam Fata Gallici Regis,
O Poſterorum magna Domina Seclorum
Poſuere rurſus.Antea quidem erectâ
Stetiſſe viſa eſt Francici Salus regni,
Nunc reſtitutâ ſurget illa cum pilâ.
O Francici Borbonia Nominis Fata
Cauete diras Loiolitici Cœtus
Habitationes,vt valere vos vultis.
Exſilia cuius ſunt piacla Regnorum.

VII. *Ep*

VII. *Epitaphium Henrici IV.*

CLementiam Crudelitas fera occîdit,
Prudentiam depoſuit Error incautus,
Victoriam Fuga exſuit Triumphantem.
Iuſticia Lancem Iniuriæ dedit Sanctam.
Magnanima Virtus à Timore conciſa eſt.
A Scelere Pietas impio trucidata eſt.
Hîc ille tumulum Patriæ Parens, Quartus
Henricus, habitat; Dextra Parricidalis
Virtutum in vno nomen omne confodit.

VIII. *In Scorpium.*

NOmina ſi tot ſint quot sũt tibi, Scorpio, Pa-
Concedant veſtris Scaligeri titulis. (tres,

IX. *In eumdem.*

PErfidiâ ſi quid vis cernere vanius, audi
Quod ſum̃è verũ eſt Scoppiadæ in titulis.

X. *In eumdem.*

ANtiſtare hominẽ tibi libertate negandũ eſt,
Quottidiè pateris tu quia mille alapas.

XI. *In Monachos.*

ESt quoddam genus horridum atq; tetrum,
Nigrum, terrificum, impium, inquinatum,
Craſſis panticibus, ſed ore nullo,
Arenti pede, mentulis Priapi,

Lasciui, sine fine prurienteis,
Clamosi, streperique, turgidique,
Latis clunibus, hispidi, vniuesteis,
Spinis mobilibusque, languidisque,
Pallenti facie, loquace lingua,
Confossis oculis, Cupido quorum
Orbeis sursum agit & rapit deorsum,
Longis auribus, & sagace tactu,
Vultu compositoque, tetricoque,
Lasciuo quoque, turbido atque miti,
Vt res poscere vel Cypris videtur.
Cum binis manibus, sinistrâ vtrâque,
Quicquid collibuit catè harpaganteis.
Illustreis face Sanctimoniarum,
Quovis momine quas sciunt celebri
Pompâ vendere carminis sonori.
Solos hos caue, vel caue vt sodales
Loiôlas pote, qui cupis quietam
Vitam degere: Solitariorum
Vendunt nomine turbidos fragores,
Queis intrinsecus æstuant crepantque.
Mundum se profitentur hi cauere
Vt possint sine testibus fruisci.
Non victu minus ac libidinando.
Quin quicquid sapit elegans, omaso
Furtum intrudere prorsus eruditi,

Ni prodant vomitu deinde bilem.
Insani, rabidi, atque Lunitacti,
Quorum ars artibus omnibus minatur,
Nil credunt, sapiuntve, sentiuntve,
Ni vel pantice, pene, vel palato.
Quæ mutant tria cum lubet, sibique
Prorsus substituunt vt æqua iuris.
Vanis Relligionibus tumenteis,
Mundum crimine fascinant doloso,
Nati de pueris, & educati,
Technas instruere, & negare visas.
Nil periuria, nil putare fraudeis,
Ad se congerere omnia, omnia in se.
Arcanæ Impietatis inquilini.
Qui mandant populis malum vetando,
Defendunt populis bonum iubendo,
Exemplis quia propriis trucidant
Quicquid carmine condidére sancto.
Fœdi, lignipedes, Diambulones,
Laruis noctigradis nocentioreis,
Hæredes Lemurum atque Dusiorum;
Faunorum, Fatuarum, & hircicrurum
Panum progenies; Sepulcra qualis
Strigum dira habitat Caterua, quorum
Sparsis ossibus albicant tenebræ.
Hi cum cuncta gerant malè, & loquantur,

Vnam rem mihi factitare visi
Sunt rectè tamen, & benè ominatè:
Longis funibus vndiquaque cincti,
Quicquid quottidiè palam merentur,
Argumento homines docent profundo.

XII. *In Catonas.*

MVlti victuriunt Catonianè,
Qui quid sit Cato tam carè sciunt, quàm
Non sese malè Porcios vocari.
Natum secula viderint Catonem
Vnum inter decies decem vna; factum
Nec Sol hactenus aut Diana vidit.

XIII. *In Philosophos.*

PHilosophi quondã quid profecêre, Valenti?
Hos homines dicunt Misosophos hodie!

XIV. *Ad Daulphinum Galliæ.*

MAgnanime princeps, tela Sortis infestæ
Putare noli. Meritus illa deploret:
Per dura Genitor intulit tuus cœlo
Borbonia Fata. Tu, secutus auctorem,
Aduorsa frange, ignosce, ceu Leo, fractis.
Stabile reliquit Filio Pater Regnum,
Si simul vt alta Sceptra, Patria virtutum
Capessit ille Regna. Proiicit sese
Qui in otio senescit atque cessando.

Tibi Christianus Orbis alterum semper
Oculum ministrat; quicquid efficis, cessas,
Europa iudex Francico venit Regi.
Abs te, excitatus per paterna Virtutum
Exempla, maius aliquid Orbis exspectat.
Superauit ille ceu priora, sic Patris
Superanda gesta dedicat tibi Virtus.
Ludouice, nulli credidit Deus tantum,
Vincenda tibi qui Patria gesta proponit,
Quæ cuncta deuicere: Tu Patrem vince,
Respectat ille sæpè te, Deûm visu
Consilia linquens vt, cui ordium fecit,
Paci supremam Filius manum imponas.

XV. *Ad Scoppium.*

TAm bellè expositis tibi vetustis
Condis Lampsacios nouos, Scioppe,
Priscis versiculis nihil minoreis:
Ingenti trabe quamlibet peribis.

XVI. *In Loiolas.*

OBscæna dicta qui libris vetustorum
Euulsa vatum infarciunt suæ vitæ,
Castos putare Loiolas, furor magnus.
Testes, suarum queis libidinum scenæ
Populo occinuntur, ferre non queunt Laruæ.
Proinde, vatem si quis, obsitus ficto

Squallore, porro emasculabit insontem,
Emasculatus ipse iure, vel verâ
Effœminatus voce, iubeo, credatur.
Quanquam interesse nil putes, vtrum dicas,
Effœminando quippe masculum eiurant,
Emasculando non ferunt secus molle.

XVII. *In eosdem.*

Non fœmina nō masculus est furēs Sophista,
Sed fœmin⁹ & mascula: Proh crimina dira,
Nemo Oceanus his sufficit vspiam expiandis!

XVIII. *Ad C. Rittershusium.*

OMnia cū rodat cur Scorpius, optime, nō &
In te laxatis præcipitauit equis ?
Vafriciē mōstri! demū heic catus esse laborat,
Suspectum doctis scilicet vt faciat! (est,
Sed tua quę Probitas cunctis notissima dudū
Laudem & contemtū Scoppii, habet paria.

XIX. *Ad Orbilium.*

CLunicernituū Orbilium saluere iubemus.
Palladio tali, quali opus est oleo?

XX. *In Cynicos.*

REges sese hominum canunt Cynisci,
Credunt hoc lepores, negant Leones.

XXI. *In Stoicum.*

Marmo-

MArmoreâ cū animâ detrito pectoris antro,
Putrescens tamdem non erit ille lapis.

XXII. *In eosdem.*

VIuere queis plorare merū est, hi risib. omnē
Mactabunt orbem, si lacrymis pereant.

XXIII. *Epitaphium Bonarsci.*

QVi dudū, sine morte, suo de poste pependit
Quo fulcit fœdis structa theatra lupis.
Vncum vltrò petiit, fessus pendere, Bonarscus,
Et homini obscœno est mors fera sępè lucrū.

XXIV. *Epitaph. Scoppi.* (brâ.

HEic miser exsuccâ Scopp⁹ sitit & famet vm-
Viui sequuntur inuidam Manes necem.

XXV. *Clericus.*

PRo populo precor, at ꝑ me mihi pecco, Bea-
Efficio multos solus vt inteream. (tos

XXVI. *Monialis.* (re

QVod nequeo seruare vt possim sæpè patra-
Eiuro; dolus est ex pereunte dolo.

XXVII. *Pœnitentiarius.*

IMpono mulctas populo, sed me ipse reseruo,
Mulctarū populo maxima mulcta ego sū.

XXVIII. *In Spongiam Foriarum.*

AFra vorant Socii pro pastu quottidiano,

Cum lautè viuunt Stercora tũ Batauûm.

XXIX. *In Scoppium Hæredipetam.*

VEctigal quia publicum Scioppi
Auertit Pater, ille nescit hæres
Præfecti fieri sui Nouerci.
Quam cautè pater vltus est suismet
Natum moribus! ô facete Calo!

XXX. *In eumdem.*

SVbductâ Ratione cum Scioppi
Sentiret pater esse ditiorem
Se vno fune: peculium inuolauit,
Præfectus cui publicè cluebat.
Exhæres ita funis est Scioppus.
Illum iure alio sibi parabit
Materno bona iure vindicando.

XXXI. *In eumdem.*

EXhæredauit furem fur iure clependo;
Furari iustum sic semel exstiterit.

XXXII. *Ad Scoppium.*

ALtâ adeo serie maiorum iure superbis,
Excelsis omnes quos petis à crucibus.

XXXIII. *In Loiolas.*

COiére quondam cum Societatem impii
Cœlo minari, milites.

VnumOssa quorum,Olympus alterum,manu
Armauit,vt telum, volans.
Sensit rebelles Iuppiter statim minas,
Et fulmine aduerso obruit.
Nex cautiores fecit horum posteros,
Dolis modo impetunt Deos.
Nam ne trinode fulmen extemplo Iouis
Finem duellis inferat.
Manum illi adire moliuntur subdoli,
Iesu latentes Nomine.
Conniuet alma Veritatis Regula,
Iusticia mox acuet malum.

XXXIV. *In Criticum Priapi.*

SPectabat populus, Priape, vestras
Quondam diuitias inerudite.
Vnus de populo docet tributim
Nunc comprendere coleos apertos,
Istunc cædere tu deinde nolis,
Pœnarum hæc Critico futura summa est.

XXXV. *De Orbilio.*

ORbilii in naso Lemures noua carmina discũt,
Cũ ronchos facit,hi Grammaticã recitãt.

XXXVI. *Ad Orbilium.*

CVm naso tibi quid meo negocI est?

Pallens, Orbile, dicis, atque candens,
Despumansq;, tonansq;, fulminansque.
Irarum, Orbile, fac premas habenas,
Cum naso mihi nil tuo negocii est:
Hoc cedo natibus Bonarscianis.

XXXVII. *In eumdem.*

NEmo adeo infandũ scelus, horrendum, exque piandum,
Tetrum, funestumq;, audiit, atq; sacrum.
Quã tua quottidiè Schola ꝙ facit, Orbilii pus.
Dum emendat naso stercorea orsa tuo.

XXXVIII. *In Sangæ librum.*

PEniculum dicis, Penem, Culumq; decebat,
Mundior est libris hic sed vterq; tuis.

XXXIX. *In eiusdem* PENICULUM.

N Modo si mediũ titulo inseris octopedali,
Scribis, quottidiè quod facis, ô Liberi.

XL. *In eumdem.*

NOli quærere, Sanga quis sit iste?
Nil est Sanga nisi, nisi, nihilque.

XLI. *Scoppus Sangæ.*

SCoppus fur tibi, Sanga, sic minatur:
Personam foriis tuam dedisti
Purgandis. Ego detraham Bonarsco

Istam.

Istam terribilem tuam figuram,
Vt frater meus esse sentiaris.

XLII. *De libro Sanga.*

IN foriis si quid latuit triste atq; pudendum,
Ebibit hoc hic cum puluere peniculus.

XLIII. *De Scoppi verbis.*

SE ludo esse malum autumat Scioppus,
Scimus, Autolyci solent iocari.

XLIV. *Ios. Scaligero.*

NAte Deo nemo sine te pote amare parentē;
Sic quouis libro laus tua se cumulat.

XLV. *Ad Scoppum.*

SCoppi candidule, & facete Scoppi,
Germanam modo te redire terram
Saluum, lætitia exsilimus omneis,
Quotquot te volumus perire ritè,
Porrò non eris ille, nescio quis,
Cis Alpes inamabilis Scioppus,
Sed Scoppi repetes vetustioris
Personam, patre nobili profectam.
Qui clarissimus omnium Virorum
Rosæ pro vice vitis inter alta
Vinum cornua iam tibi minatur.

XLVI. *In eumdem.*

Scoppi, me vobis mala dicere gloria nulla est,

Dicam ergo, modo si quiuero, pauca bona.
Mortaleis omneis scelerosus rabula transit
Criminibus; qui cùm cũcta facit, fame obit.

XLVII. *In Monachos.*

PEccata mundi Monacha factio glutit,
Miramur illam nil olere, nî obscænum?

XLVIII. *In eosdem.* (sanctos,

QVod fastum calcant, Monachos ne credite
Hoc alio fastu, bis miseri, faciunt.

XLIX. *In Loiolas.* (las,

DIs trabe dat Monachos, posticâ parte Logo-
Et mirum est illos feruere discidiis?

L. *In Raderum.*

RAdere, non est expiabile hoc factum,
Exscindis isti quod viro bono fratreis,
Cultris iis, quibus vorasse te cuncti
Fratres fatentur anteà Priapiscos.

LI. *Ad D. Heinsium.*

POrrò non opus Hercule est vocato:
Scoppus, Sanga, Bonarscus, & Dolirus
Non cessant furere & latrare porrò?
Heinsi vostra Fides! repentè cessant.

LII. *In Poetam.*

SEu sis seu non sis, tamen esse Poeta fatêre,

Ne

Ne tangat tamdem Laurea te Blouii.

LIII. *De Vespillone.*

VIrgula Vespillo est, Heinsi, tibi factus, at illã
Diuinam nolim dicere, quæ Stygia est.

LIV. *De Scoppio.*

PRæteriit natum Scoppus pater instituendo,
Cum monstrum fecit non fuit ille suus.

LV. *Scoppio.*

PEndere cui legauit vltimâ, Scoppe,
Vespillo nuper occidens, voluntate,
Agnoscis illic, credo, non tuum Patrem.
Namque ille, lucricupidus vt fuit miles,
Natum inuidere non potest sepulturæ.
Proinde matris, anteà Sequestratæ,
Crimen professus Munsteros crepans patres,
Nunc quoq; paternum, fur, fateberis crimen:
O Vlmitriba, Tergiuirgimendice,
Quo nomine es locandus in crucem porrò?

LVI. *In Sangam, ad Scoppum.*

SAngæ dicimus has, Scioppe, laudeis,
Nil tecum mihi carmine hoc futurum est,
Interpres nisi tu vt tuo Ferino
Enarres graue carmen; hoc rogaris.
Sanga est bestia magna bestiarum,

Sanga est prostibulum & ruina morum.
Dirorum pater impudens librorum,
Sæuorum socer et gener luporum,
Persona & clypeus sui Bonarsci,
Sed quem perforet ille, cum lubebit.
Sanga est sanguine, lactis instar, altus,
Quod nunc sanguineis docet papyris.
Sanga est stercore, ceu cibo, educatus.
Quod nunc peniculo docet Cloacæ.
Sanga est Furor et Canis Bonorum,
Tot conuicia quod docent Theatri.
Sanga est Zoilus omnium Proborum.
Id quod nequitiâ docet latrandi.
Sanga est Dæmonis arrogans minister,
Quod tot fastibus haud potest latere.
Sanga est tres Furiæ, Chimæra duplex.
Flammatum os docet hoc, docent Cerastæ.
Sanga est Noctis amasium profundæ.
Libro nocticolore quod fatetur.
Sanga est vulturis esca viua diri.
Id quod se vomitu docet suopte.
Sanga est delicium sacrum Lauernæ:
Mendico docet hoc probatque libro.
Sanga est mancipium sacrum Latrinæ.
Quod de tot foriis scit exfututis.
Sanga est peniculus sacer Patroclo.

Nemo

Nemo hoc carminibus feri negabit.
Sanga est omnia fœda, nil pudicum,
Inter quod titulos putat supremum.
Sanga est tristicia omnium Bonorum.
Viso nomine quod fatentur omnes.
Sanga est lætícia omnium Malorum.
Centum plausibus hoc probant Sophistæ.
Sanga est nil nisi pestilens Erynnis.
Adflatu docet hoc nocente cunctos.
Istos si per titulos suos Ferinus
Non intelligit, explica Scioppe.

LVII. *De Iacobo Rege Angliæ.*

QVantus erat bello Gallorũ Gloria Quart⁹
Henricus, ferro quem patricida necat.
Tantus pacificis Iacobus honoribus ardet
Sextus, eum molli fata quiete manent.

LVIII. *Ad I. OWenum.*

VIrtutem scio Pallados disertæ,
Iunonis quoque suspicor, sed illa
Quam dicis, Veneris est, Oëne, qualis ?

LIX. *In Opuntium.*

ARbore⁹ pater est, genitrix tibi Libria, Opũti,
Quid mirum tu si sis quoque corticeus ?

LX. *Ad OWenum.*

Omnia

Omnia si laudem, stultum, tua, dicis OWeni,
Vt sapiens dicar, pauca probare sine.

LXI. *De eodem.*

IN scribit vafer Audenus libellos
Lectori: sibi virginem, vel illi
Sese dedicat. Hanc dicet legenti,
Vt multos liber impetret Patronos!

LXII. *Ad Priscam.*

TE vacuam dicis spatiari, Prisca, sub vmbrâ;
Nimirum ad matrem plena redire cupis.

LXIII. *In OWenum.*

VIrtutẽ à formâ prorsùs disiungis, OWene,
Cum dicis: Virtus aut tua Forma capit.
Si laudare cupis, rigidum te dico Poetam,
Si culpare isthîc, Oêne, nimis calidum.

LXIV. *In Orbilianum.*

SÆpè super nasum cecidit caper Orbilianus,
Nũquam adeo crassè vt surgere crediderit.

LXV. *De Iulio Scaligero.*

SCazonta dium Cæsaris legas Scalæ
Quisquis recentes pernegas Poetarum.
Adoreas mererier vetustorum.
Ingenia seclis sæpè nostra sunt priscis
Æquanda prorsus, quæ Mineruа respexit.

Iugula-

Iugulare versum Blouii negat mucro,
Hoc ille semper in suâ sedet lauru.

LXVI. *In Orbilium.*

HOrresco referens tuum, Magister
Tantum prodigium Orbili, cacasti
In nasum nate te tibi tuopte.

LXVII. *In Scoppum.*

CViscobs sanguinis est vicem Scioppe,
Cui pro salsâ animâ est nate è Catonis
Immanis crepitus, cui cerebrum
Stercus vulturis arbitramur esse,
Fungum in pectore cui cor esse notum est,
Dic quâ sis ratione rex furentum?

LXVIII. *Ad Lectorem.*

DIspliceât forsã tibi ne mea carmina, Lector,
Auctori noris displicuisse suo.

LXIX. *In Stoicos.*

FLammis minantur vniuersa casura,
Incendiarios cauete, mortales.

LXX. *In Doliuum.*

RIdentem quoties vides Doliuum,
Phœnicem cane mortuum, Sabine.

LXXI. *In Sangam.*

PIstrinum, Fere, nominari & esse

Concedis Socium tuum Cohortem.
O collegia quanta Morionum!

LXXII. *In eumdem.*

SAnè sunt Asini, Ferine, quod tu
Concedis, Socii. Molam sed illos
Non est vertere, ni simul vigenteis
Euertant populósue Principésue.

LXXIII. *In Clarum.*

Frõs vbi, Clare, tua est? cui tãtâ mole laboras?
Imò vbi tu, Clare, es? neutrum ego cõspicio.

LXXIV. *In Theologo.*

QVos docuisse decebat, eos seducitis in vos,
Estis, Theologi, nempè Mathæologi.

LXXV. *In Grammaticos.*

VNũ adeò verbum noui, quod nesciat inter
Innumera, includi Grammatico Canone.
Quæris id? est SAPIENS. qui declinauerit illud,
Audiet hoc ipso nomine Grammaticus.

LXXVI. *Ad Patillum.*

TV, qui nomine te notas Patilli,
Tantum Scaligeris nocere credis.
Contemnas volo nos. Meridiamur
Cum quid Loiolis ioci facramus.
Instat tempus, habere cum libellos

Possis, grauido furore dignos.
Nunc præludimus in ioco & lepore,
Teque istuc lepidè nimis monemus:
Inter nos fuit hactenus iocatum,
Si conaberis inde belluari,
Hóc præcone tibi renunciamus
Inter dissimileis malos Ancores.

LXXVII. *Ad Casaubonum.*

VEla quid in laudes vestras compescat eunti
Quæris, ô eximiorum Optime, Causaboni?
Cum Superis benè qui faciendo certat, habere
Immortalẽ Operũ testem op⁹, Auctor, habet.

LXXVIII. *In nasum Orbilii.*

INiuriosius nihil tuo quisquam
Reperire naso quit, Magister argute,
Qui clamat vsque, & auribus caret semper.

LXXIX. *Ad D. Baudium.*

IAmbi Poeta, quale vix Flacci melos
Lyra dedicauit ad Patriinam Virginem.
Cadauerosam quod Scioppii cutem
Numeris venustis, tortilique carmine,
Deûm propago sola quod meret, quatis.
Eo hercle, Baudi, nomine adsurgat tibi
Modimperator altus Ausoniæ lyræ.

Nam

Nam ſcire ſe demittere, atque in tempore
Malos ſagaci fulminis vi vlciſcier,
Suprà Poetam eſt, ſi quis attonitâ manu
Phœbæa pulſat ebora diuinæ fidis.
Sic fulmen acre torſerit quiuis Deus
Et Diua quæque, Iuppiter ſolus poteſt
Nemeſin nocentium expiare ſanguine.

LXXX. *De Duſâ Filio.*

DVm laudat vmbram Duſa Filius, vatum
Ingenia obumbrat maxima, ipſe fulgeſcit.

LXXXI. *In effigiem Grotii.*

QValẽ iſtũ in tabulâ Grotiũ depinxit ahenâ
Pictor, in inueſti corpore talis homo eſt.
Ingeniũ atq; animũ cultos Sofię omnib. armis,
Pingere ſi lubitum eſt dic: Deus hîc habitat.

LXXXII. *Ad Scaligerum.*

INgenuè natum Sangam, Ioſefe, fateris
Marrano genitum dum genitore canis.

LXXXIII. *Veriſimilia Scoppii.*

VEra negat pectus, Falsũ nondũ audet in illis
Scoppius ætatis deliciis teneræ.
Hinc ſimiles veris deſcribit ab indole libros,
Vana putes, falſis proxima, Vera neges.

LXXXIV. *In Ioſ. Caſtalionem.*

Quo

o seruus ore sit locutus Annæi,
-Hoc se Latinè posse qui loqui exoptat
lio, factum quod habet, illud exoptat.
:ipia habebat barbara, vt puto, Annæus.

LXXXV. *Ad Scioppum.*

il est, Scioppe, quod deinde triceris,
uæsita libris, crux tibi libro parta est.

LXXXVI. *In Gnifonem.*

diam nasi maioris in Orbiliano
Non potuit Gnifon ferre, ideò interiit.

LXXXVII. *De Vestitu Orbilii.*

āmatico quicqd Clotho depectit ab hir-
nde coli ducūt stamina Tisiphonæ: (co
;; politq; Harpya, & vestē è stamine ducit,
rāmaticè ornatū hâc quis neget Orbiliū?

LXXXVIII. *In Delrio.*

panum nomē, proles Saracenica, Delrîo,
Deliro site posse bonum esse puto.

LXXXIX. *In Scorpiscum.* (lo,
:aductū in nostro nego te, Scorpisce, libel
Hoc mecum caueæ & tota theatra negāt.
n nebulis tantū tectus crassisq; sacrisq; es,
)si vt te nequeant cernere Lynciadæ.

XC. *In Bonarscum.*

Non

Non ſum diuitiis ſacer parandis,
Nec damnabilis in Scholæ metalla,
Infortunia quæ puto eſſe ſumma,
Vna ſed fateor premi, atque magno
Sed deſiderio parabili, quod
Poſſit Romulus & Dii parare,
Ad feruentia Rapa qui Quirino
Sunt fidi penitus benè helluones.
Bonarſci genium volo cacare s.

XCI. *In Stoicum.*

QVi lapis ante fuit ieiuno, Stoicus, œſtro,
Eſt pergræcator quid, niſi Sarcofagus?

XCII. *De Caſparo Barthio ad Poſteritatem.*

VIrgine qui metro ludit tibi Barthius auctor,
Nobilibus ſeruat Virginis ora ſonis.
Hæc niſi quod Phæbo vis' temerare, quę inter
Pierides iuuenis vel ſine veſte ſedet.

XCIII. *Ad eumdem Barthium.*

TAntus ineſt ori tantus tibi moribus auctor,
Et non vis verſus ſcribere? bis legeris.

XCIV. *In Sangam.*

NOn ſolum Spado Thlibiaſue, Sanga, es.
Sed Turco tibi more nil relictum eſt,
Quod poſſis modo mentulæ vocare

Curtas

urtas relliquias. Fuére quondam:
:d nunc peniculus reliquit omnes
ı Scalæ foriis, tibi exfututis.

XCV. *In Orbilium.*

'Res vbi sit cæli spacium, non ampli', vlnas
Ne quæras, camurum nasum habet Orbili'.

XCVI. *De Ios. Scaligero.*

Caligeri Italiam ferrô vicére. Nepotes
Vno omnes victi procubuêre solo.
lla putas, Lector, Ciuilia? nulla fuerunt.
Ingenio arma premit viuidiore Nepos.

XCVII. *In Stoicos.*

-lia quæ Orbilii naso nascuntur in imo
'ro quo sint quæris? Lumine Stoicidum.

XCVIII. *De Scoppio.*

:lepidè dixit qui dixit Scoppiadem esse
Vt non sit. Pereat cras, hodie ille vt edat.

XCIX. *De eodem.*

ızonta fregit impudens procus Furcæ,
ılt duci ad illam nêpe, ne pedem offêdat.

C. *In Orbilium.*

м pueri ingeniū rimatur, ab ore Magister
Orbilius nullas sumit, Owene, Notas.
ıate dispansâ speculatur in intima cordis,

Atque illinc moreis ingeniumque bibit.
Et mirum hoc adeo est? vesicâ iudice certe
Sic cernunt morbos Hippocratis pueri.

CI. *Ad miserum.*

QVid, miser, instabili dicis conuicia Sorti,
Quando redibit, erit nî, miser, instabilis

CII. *De Stoico.*

STоicus, vt purget cerebrũ, non supplicet vl
Anticyræ. Cœlo huic est opus, aut dolabrâ

CIII. *In Fortunam.*

CIrculus in vitâ vaga vota voratque vomitq;
Ebrietas Sortis pōpa malorũ hominũ est

CIV. *In Sangam.* (tebor

QVod te asinũ dixi falsum est: hoc, Sanga, fa
Cerberi por sed tu latra alibi melius.

C V. *Epitaphium ScioppI.* (ist

Mōstrosus dictis factisq; homo subter hum
Defossus sæuis vnguibus Eumenidũ est
Bis periit, primo cum natus. Deinde, receptus
In Stygias quādo est ex Acherunte domûs,
Nec vixit viuus, nec vidit visus, in vnâ
Contriuit Stoâ marmoream qui animam.

CVI. *Ad Orbilium.*

CVm Bauio Scoppus, cũ Sanga Clarus asello
Pensi

Penſibilis naſo tota quadriga tuo eſt.

CVII. *De Epigrammatis.* (ſum

SCribere me verũ eſt, Epigramãt a cõdere fal-
Hoc eſt Lectoris, qui bonus, officium.

CVIII. *Ad Strabum.*

EXſpectamus idem à ſumo minimoq; Poetâ,
De celsâ fruſtrà, Strabe, canis cathedrâ.

CIX. *In Orbilium.* (nos

GRandẽ vterũ gerit Orbiliꝰ, poſt quattuor an
Quę tria ſunt faciet quattuor hic genera.

CX. *De Scoppo.*

[C]Vr tot Scoppius edidit libellos?
Hic ſolus dolus vt edat Catoni eſt.

CXI. IOSEFUS SCALIGER.
REGIUS FLOS CAESI.

SCaligerũ ferro fruſtrà genus Adria pugnax,
Proſequeris, ſemper flos nouus inde orit̃.
[R]EGIꝰ vt CÆSI FLOS hic modo germinis exſtat,
Mundum omnem amiſsâ qui tenet Italiâ.

CXII. *In Grammaticos.* (tur,

TRans cancrũ loca Sole mero toſta eſſe ferũ-
In queis natꝰ homo nemo habitare queat.
[G]rande operæpretiũ ſit eo exegiſſe cohorteis
Grammaticûm. Gens eſt frigore tuta ſuo.

CXIII. *In Orbilii nasum.*

HErcle virilē aliquē nasum tuū ego, Orbile, (dico
Vir certè in cœlo talem Ophiuchus habet.

CXIV. *In Vrintium.*

CVm Vrintius Lernutio feret palpum
Gemmam esse dicet è luto relucentem.
Verum, hercle, dicit; ipsius lutum versus
Lernutius Smaragdus est Poetarum.

CXV. *De Orbilii Scholâ.*

QVi Scholam in Orbilii venit, & qui atra antra TrophonI,
Post idem ei, quamuis ante cati, sapiunt.

CXVI. *In Scepticum.*

OMnia qui carpis, nulli placiture, quid inter
Sceptice, te atq; omnes sit, tua vota docēt.

CXVII. *De Orbilo.*

BArbata capra vexat Orbilum; morbi
Quid hoc rogatis Clinici? vxor est, credo.

CXVIII. *In Scoppium.*

CVM simplex comedo patrimonia nō tua frā- (gas,
Rem facies cunctis, cum sale si esuries.

CXIX. *Ad Scaligerum.*

QVæris quis meus est, Patrone, Sanga?
Quæro quis suus est, Patrone, Sanga?

CXX. *Ad Lectorem.*

Sangæ, Scoppiadisq;, Delriiq;,
Clariq;, Orbiliiq;, Bauviliq;
Mi ſunt nomina, ſyllabis ſupinis
Hôc prælonga, aliô Lepore, curta,
Non eſt, Lector amice, quod Poëtæ
Iſtuc nobilis imputes Camœnæ.
Hoc mores faciunt tenebrionum.

CXXI. *Ad D. Heinſium.*

HEinſi, Heinſi, facinus nouum atq; magnũ,
Quantumcumq; poteſt graue, & ſuperbũ.
Dignumq; Hercule non nimis iocoſo.
Audi, audi, cito: Stoicus Scioppus
Fellando Orbilium parit libellos.
Mulgeri quibus addocentur Hirci.

CXXII. *In Maledicos.*

QVi latus amici læſit impio verſu
Sannisq; parricida turpibus fregit
Sodalitatis iura, moribus ſanctis
Viri innocentis infiectus arroſor,
Huic pro ſodale ſolo Hyæna contingat,
Nudumq; Tigris orba prendat in ſiluâ.
Hic in ſenili denuo Puer barbâ
Grammatica cum præcepta, prorſus edocta,
Laſſarit vno ſpiritu, improbè forti.
Vt nec mereri quiuerint magis mira

Supplicia dirus cum Scioppio Sanga:
Bonarſciani pompa Muneris prima,
Catullienteis clune paſcat arroſo
Sociûm maniplos: iſta ſumma Pœnarum eſt.

CXXIII. *De Orbilio.*

FEbri aras poſuit quondã Mauortia Roma,
Sacrifico hoc fuit huic Muſę op⁹ Orbilio.

CXXIV. *In Vrintium.*

CVm Batauã auriculã Flãdro ſale Vrinti⁹ vrit,
Nõ iam Belga mihi, regulus è Phrygiâ eſt.

CXXV. *In Caſſiodorum.*

FOrmoſam Sponſæ Sapienti prætulit, Aucti,
Pellem non hominem Caſſiodorus amat.

CXXVI. *In nomen Scoppii.*

SCoppi, de ſcopis vt ſint tibi nomina: reſtat
Vnum π: de quo te face penſibilem.

CXXVII. *In nomen Orbilii.*

ORe olido bilẽ ſemper vomiture magiſter,
Syllaba peccabit quando eris Orbilius.

CXXVIII. *In Sangam.*

NEc benè nec malè olẽt Sãgæ deliria: Ius eſt,
Pro cerebro in capite eſt ſterc⁹ ei accipitris.

CXXIX. *In Orbilium.*

ORbiliũ esse bono, q̃d mirũ est, Põtice, naso,
Patricio natus qui fuerit Bonaso?

CXXX. *Ad Scoppium.*

QVod nos ludimus in ioco atque vino,
Istud, Stoice, si improbas, Scioppi,
Tu ludas licet in coco atque fumo.

CXXXI. *De OWeno.*

NOn canit, argutis sed coniectãda propinat,
Est ænigma OwenI, nõ Epigrãma, liber.

CXXXII. *De Scioppii libro.*

THessala ne Lunæ deducat ab ore saliuam,
Colchica nec spumis Stryx mala ahena co
Omnia de Scoppi manãt liuore venena, (quat.
Queis opus est seu Strix, siue nouerca, tibi.
Hinc quoties rigido sederunt corpore venæ,
Ipse sui sceleris pabula dira legit.

CXXXIII. *In Scaligerum.*

INdigetũ princeps dũ Terras, Scala, colebas,
Defunctus, summis proximus esto Diis.

CXXXIV: *Eiusdem Epitaph.*

PErseus hoc posuit tumulo nõ Scaliger, ossa,
Fiebant viso hoc Loïolæ lapides.

CXXXV: *De Sangâ.*

INuenit Sanges VIVICOMBURIUM, vt illi

Inuentis possit, nempe, benè esse suis.

CXXXVI. *De Orbilio.*

SIne cruce numquam scribit Orbilus carmen:
Opus huic Scioppii parente lectore est.

CXXXVII. *In eumdem.*

PVlcer discipulus tuus, Magister,
Longo crimine me rogare numquam
Cessat, gratificem tuo sepulcro
Quiddam carminis illius venusti.
Non est, Orbile, me negare bello
Quicquam huius generis homuncioni.
Quare istuc tibi habe, & boni æstimato:
Oranti Catamito in hoc sepulcrum
Donat Hebius hanc breuem lucernam.
Vt possint Catulique Vultureisq;,
Defuncti reperire busticetum.

CXXXVIII. *Ad Scoppium.*

NOn volumus, Scoppi, suspensũ cernere te, (quẽ
Lictori inferias sic decet ire Patri.
Nõ volumus tantũ, quantũ postinde voles tu
Cũ sapere occipies, hoc modo præuolum'.

CXXXIX. *De Orbilio.*

ORbilio enatæ toto de corpore virgæ
Histricem prisci prodigii adsimilant.

Cluni-

Clunibus ast nudis hæc bellua decipienda est,
Venatum ingenteis ite, age, discipuli.

CXL. *Ad Stoicum.*

EXi Stoice, quid moraris? exi,
Istîc sunt homines, Caper petulce,
Exi marmore e vsque ad vmbilicum.
Quid moraris, inepte, dum moraris?
Exi Stoice, quid moraris? exi.

CXLI. *Orbilius.*

PVs, scabiẽ, scuticas, Laruas, Deliria, Sordeis,
Vno & eodẽ omnes nomine da: Orbilius.

CXLII. *In eumdem.*

QVod vos, Orbile, dixerim herniosos
Te cum Stoicidum cohorte totâ,
Frustra irasceris; est periculosa
Clunes hernia proprios videre.

CXLIII. *In eiusdem filium.*

NAsiturit pater Orbilius, sed filius Ortus
Culiturit semper. Mutua Grammatici.

CXLIV. *In Clarum.*

POmpeiana ferunt traxisse theatra ruinam
Sæpè, Venus donec proxima tẽpla habuit.
Sæpè cadit Clari, põpæ breuis, Amphitheatrũ
Constituet pendens auctor id à foribus.

CXLV. *Ad Scoppium.*

DVdum est ædepol, ô Comes Scioppi,
Quod, pro mutuo amore negligenter,
Te non alloquor: at roganti amico
Hoc ignoſcere poſſe te putamus.
Spes noſtras, hominumq; in vniuerſum
Luſiſti omnium, ab vſq; de Batauo
Romam littore, Græciamq; Stiram.
Tanto tempore tot cruceis tuliſti
Tolli nec potes vnicâ viciſſim!

CXLVI. *In laſciuum Poema Bembi.*

DElius in verſu faciat quid, Bembe, ſalaci?
Dignior hoc auctor ſit tibi Deliacus.

CXLVII. *Ad Sangam.*

QVod VilipendI te vocabulum, Sanga,
Finxiſſe glorieris, eſt palam falſum.
Furax Scioppus anteà hoc meret longè.

CXLVIII. *In Scoppium.*

Ordine Arithmetico mēdacia Scoppi⁹ auctor
Subducens, pendet ordine Gæometro.

CXLIX. *Ad Clarum.*

PLacatâ pariens, Clarus, Genetyllide, verſus,
Coliadæ iratum numen habet Veneris.

CL. *In Sangam.*

Subti-

SVbtilitates assequi catas Scalæ
Nequire dicit Sanga, bombobellator.
Quis credet, vnum peditum libro tanto
Qui captat, esse naris vsque eò brutæ?

CLI. *In eumdem.*

DEmocriti puteos quid lambis, Sāga Ferine?
Cantaber Isiacus non sitit hos asinus.

CLII. *Ex verbis eiusdem.*

LYnceus est Criticus, tu Talpā, Sāga, fateris,
Conuenit hic libris auctor vterq; suis.

CLIII. *Ad Ioan. Owenum.*

OWene noster, hoc rogare Germanos
Omnes ad vnum te putato; cum porrò
Epigramā condes Teutonum graue in moreis,
Id cautiore nare fabrices paullô.
Negligere enim videris, vt fluunt versus,
Olfacere bellè quam queat merum Tento.

CLIV. *De Petronio.*

PEtroniāna scripta cur Sophi damnant
Mori sophi illi? (vah meri Sophi dictum
Ego volebam, calamus errat indoctè)
Quia non legenda? lectitata verum ipsis
Testatur hæc damnatio, oppidò vafra.
An lecta numquam? Cæcitas preci est cuius

In iudicando? Sed perinde pellecta
Sophis putemus, vt queant refutare:
Cur ergo non refutat, ast premit, Censor?
Vomitu fatetur ergo Criticus incauto
Glutita dicta tam faceta, non posse
Concoquere rectè. Ergo error omnis in vestro
Stomacho est seuera iudicum cohors, istud
Paucis docebo. Scripta sunt eum in finem
Non vt sequare, nec legendo te pascas,
Sed quo caueri possient modo, discas;
Vt Satura multo crimina ambitu expingit
Scrutatur ima, dein cauenda proponit.
Vt vitia Prætor quæ vocat, iubet claris
Proposita dictis omnium ingeri à plano
Oculis, negare ne scientiam vulgus
Errore possit inscio noui iuris.
Quo nudiore ducta imago corpusclo est
Apparet illô scitius. Pari prorsus
Modo, eruenda vitia nullus exscindes
Nisi ante noris. Ante nosse queî possis
Nisi doceare quæ cauenda, laudanda?
Sunt exsecranda cuncta. Tu ergo præfige
Animo cauenda. Tenera vis nimis vanæ
Inscitiæ illa est, Nomina ipsa vitando
Censere te vitasse crimina infanda.
Penitus medullis imprimenda Virtus est.

Vitiorum

Vitiorum imago volitat omnibus circum
Surſum & deorſum Temporis tibi punctis,
Adſpectus horum ſi poteſt Sacrum ardorem
Eximere menti, nullus, vmbra vel ſaltim
Tibi fuit ante. Peccat hoc Catonum iſte
Inſanus ordo, facere quæ ſibi quiſque
Indulget, illa vitia non volunt culpam
Pati Poetæ, nodus hic latet, credo.
Non ita priorum ſancta Natio Patrum.
Nemo eſt repertus qui ſacros Poetarum
Caſtraret æſtus, cum labore non magno
A ſtirpe quîſſent eruiſſe pugnanteis.
At noſtra ſecla ſola queis ſuper priſcæ
Conſtantiæ eſt imago, non ferunt Sillos
Monumenta ſeclis tot vigentia, impunè
Iners, ineptus, arrogantiâ turgens,
Secors Sophiſta nocte damnat æternâ.
Quid Bethlehêmi cum teneret ad ſanctum
Præſepe, fecit Entheus Pater? Scripſit
Acuta, Satiris ſcripta digna Romanis,
Plautique, quin et Arbitri, palam verſus
Producit, vnde moribus dicam dictet.
Eiuſce ſi quis eruat Sophi ſcriptis
Hauſta è libellis dicta mollibus vatum,
Multæ peribunt, queis modo exſerit Verum,
Sententiæ, Sophiſta ſi quid oggannit

Hoc

Hoc teſte, quin & iudice, opprimi debet.
De Chriſtianitate, (ſic loqui ius eſt)
Sentire certè non queat ſuâ dignè
Contaminari qui putat logis ſcitâ
Ratione dictis: Vt coloribus Culpæ,
Suis notentur, verticem exſerat Virtus.
Non eſt amare ſcripta qui queat, cauſsâ
Eâ, quod ore non loquuntur vt puro:
Sed quia notandis ingruunt malis doctè.
Petroniana ſcripta pernego ſcripta
Ideo, vt laci quis ad malum queat porrò.
Sed ſcelera diri Principis palam facta
Vt omnium exſecrationibus proſtent,
Nero ipſe, primùm cum nefanda ſecreta
Proſtare vidit, noctium efferus Vindex,
Vatis ſceleribus morte ſic parentauit,
Vt ipſe certò ſciuerat futurum olim.
Nec morte ſic erubuit arduus Vates
Satiras probare Poſteris. Quod exceſſit
Vt ridibundus, nec necem æſtimans magni,
Crudelitati regis impii illuſit.
Vt nota malorum ſit perennis auſorum
Conſtetq; Fama, ſcelera cum ſuis Pœnis
Ignota non ſint priſca. Quod Deus ſeclis
Seruauit è tot ſtragibus, quis obſcurus
Damnare nebulo nocte poſſit inductâ?

Tot seculorum flamma queis, Dei nutu,
Pepercit, ergo trux Sophista comburet?
Emtâ superbus sanctitate, quam vendit
Vbi lubido est. Vos, Sacri Catonistæ,
Dei ad Tribunal Satura prisca confundet,
Quod Ethnicis tot improbata, calcata,
Abominata vos sequamini scriptis,
Intus, sed extra non feratis auctorem
Sapientiæ notare: Perperam cuius
Mystas professi, iura cuncta miscetis.

CLV. *Ad* M. *Goldastum.*

CRebra tuas laudeis Cleio, Goldaste, sonaret
Nostra, sed est meritis vilior illa tuis.
Digna tuis meritis præconia Cratserus addit,
Loïolæ summum sunt maledicta decus.

CLVI. *De Scaligero.*

VT mentem à vitiis seruet pugnantib⁹, omnē
Scaliger impēdit, stirps superorum, operā.
At dum cælesteis fax occupat enthea sensus,
Congestâq;, Heros, mētem obit intra animā.
Ne rude quo possit corpus maculare nitorem.
Quam digne purgant Loïolæ forias!

CLVII. *Ad Scaligeros.*

DIis gēiti Heroes, magnorū maxima Diuûm

Posteritas, saluete mihi. gens Martia mundi
Sceptra manu ponens, vt dictatoribus almis
Barbaries excisa, solo Capita horrida ponat.
Scilicet in vostras veniat fædissima palmas
Pestis, & incestet Scalam Burdone nefando,
Si scuticâ infelix rabiosam suscitat iram
Orbilii genus, aut, exstincto Rege, Culinam
Pantolabus fugit esuriens, conuitia ventri
Pabula, constipans; conturbatorque libellum
Patricio vendit Eluco, Sanga, Bonarsco?
Altior est fati series, Aquilæque volanteis
Diuinam portant, Scalarum nomina, gentem.
Quã Scarabæus iners, radios vt fulminis almi
Ferre queat, ne dum premere infelicibus alis!
Hunc sua contemtum prorsus conuicia calcẽt.

CLVIII. *Ad Sangam.*

FOedo in libello, quo nihil magis turpe
Europa vidit, quamdiu libros vidit,
Vna expatrata est pompa, mirior miris,
Tibi, Sanga noster, qui furoris extremi
Coram omnibus probatus atque conuictus
Vulgaritate vulgus omne debellas.
Tribus tot inficeta dicta, tot foeda,
Tot inquinata, tot spuenda, pagellis
Dicta intudisti plena barbaræ mentis,

Vt

Vt nominare nemo, quamlibet promtus
Ea mille poſſit paginis, licet longis.

CLVIIII. *In Orbilii diſcipulos.*

ORbilii ſcuticâ ſi quē ſemel ira cecîdit. (cas.
Grāde habet vltra omnes ingeniū Sene-
Idque adeò conſtans, vt nec feruente calorē
Sole, Clæonæis ſentiat in ſtabulis. (tus;
Quin vmbram ad virgæ, quid de Virtute locu-
Clunem agitat cunctis Socraticis melius.

CLX. *Ad. M. Vrintium.*

NOn eſt equus, Lyæus, ebrio vati
Sed eſſe equuleum potius arbitror, Vrinti:

CLXI. *De Scioppio.* (tor

EGregium exemplum Stoæ dedit Endupera-
Vnde ſuis Socios moribus inficiat,
CarnarI poſtquam conſumſit fruſta BaronI,
Fecit oletum in id, & vertit humum Italiā.

CLXII. CASPER SCIOPIVS.
CRVCIS SIES POPA.

COncôxti paullāq; fidē, minimūq; Pudorē,
Sectaris fumos dum, Popa, Madrucios.
Nūc ſupereſt nilū, niſi quod te nomine priuo
Ipſe iubes, Crucis vt ſis Popa, Suppiade.

CLXIII. *De eodem.*

Velle-

Vellera cum Scoppo nerent fatalia Parcæ,
Pullaque fatorum crimina ferret ouis.
Aſtitit Autolyci genitor Caducifer, et ſit
Hic Victor nati, me cupiente, mei.
Neue ſuo artifici deſint rata præmia, dixit,
Perpetuus Crucis hic ſit Popa Suppiades.

CLXIV. *Ad eumdem.*

DIi ſenſum tibi dent tuum, Scioppi,
Qui, quem pectore geſtitas in alto,
Quærendo gabalum, teris tot annos!

CLXV. CASPER SCIOPPIUS.
ASPIS CICVREPOPS.

DVm ferus iſte fuit fuit Aſpis, Scoppius, & nil
Fauce niſi plenâ dira venena dedit.
Nunc cum exarmato vomuit de pectore virus,
Stercoreo in libro nidificatur Epops.

CLXVI. *In eumdem.*

ASpidâ qui linguâ nocuam liuente gerebat
Exarmatus Epops fit modo, Suppiades.
Mōſtra hæc tota putas? Et Epops pallēte vene-
Nunc prò Stercoreis veſcitur induuiis. (no

CLXVII. *De Orbilio.*

Orbili⁹ fecit mōſtrum horribile atq; pudēdū
Et ſcuticis quod vix omnibus excutias.

In

In nasum exstantem resupino clune cacauit,
Vnde orta est Scoppi regula carminibus.

CLXVIII. *De Scoppo Critico.*

QVi doctore potest Scoppo didicisse Poeta?
In Lamię turri comi pote pectine Solis.

CLXIX. *In eumdem.*

POstico Scoppum si quando, Prisce, salutas,
Dic salue ingenii prodige Nase tui.

CLXX. *In Orbilium.*

EX ANIMO REM STARE PVTO, NON ANIMVM EX RE
Ausonii hunc versum legerat Orbilius,
Hunc ita discipulis, naso resupinus adunco,
Sæpè supercilio mobilis, explicuit.
Vel fuit exstinctus frigenti membra veterno,
Vel cũ olim exstinctà rẽ, Ausonius, habuit.
Vel versum in somnis scripsit, vel plen⁹ Iacchô
Versum adeô mirandi ingenii, Ausonius.
Nam potis exanimo quo res stare ordine rerũ,
Aut ex re quo prostare modo huic animus?
O Cor Zenodoti, iecur, Orbiliane, Cratetis,
Quum solus vateis tu legis atque facis!

CLXXI. *In eumdem.*

NEstora qua dixit Varro, puto, Paccuuiusue,
Aus

Auſa vel Afrani hoc ſi toga prodigiûm,
Fronte triſeclisſenem, te diceret, Orbili, eâdem
Ignoſces verbo, fronte, Trinaſiſapum.

CLXXII. *In Orbilium et Sangam.*

ORbille, optime naſe, tuque, Sanga.
Culorum optime, quæ ſacros libellos
Inſtrumenta ſolent parire vobis,
Hæc coniungite, deinde cantitate,
Sic punctum omne Palæmonis feretis.

CLXXIII. *In Orbilium.*

ORbilii quoties caperato ſchemate Naſum
Adſpicis, Antipodas crede videre Nateis.

CLXXIV. *Epicuræum.*

OMnia qui ex atomis Leucippi conſtruit hæ-(res,
Ex ſolis atomis viuere dignus homo eſt.

CLXXV. *Ad Aulum.*

SI vis, Aule, domum meam venire,
Primo carmina ferculo ScioppI
Propinabo tibi, dein BonarſcI.
Conſpectis quibus obſecrabis omneis
Infernos, medioximosque diuos,
Totum vt te faciant repente culum,
Nil vt poſtideà queas veliſue,
Quam ſolis natitergiis vacare.

CLXXVI.

CLXXVI. *Sophista.*

NOctidoloſtudius,mendicoſamiſuſurrus,
Verbocrepiſatuus,Soliſibiplacius,
Nilaliiprob⁹,omneſibitribus,altroculorbus,
Auraſinilongus,Naſifremocatulus.
Blattimeriſeruus,Tricocomedus,Bibinugus,
Verborũ hæc factis monſtra,Sophiſta,premit.

CLXXVII. *In Scioppum.ex eius verbis.*

CVi ſub conuicI cenſetur lege ſenectus,
Nondum deſperat carnificem jouenis.

CLXXIX. *Ad ICtos.de Scoppo.*

QVis ſuus,ô verbis prudentes parcite,ſit iam
Hæres,exemplo Scoppius edocuit.

CLXXX. *De Stoico.*

CRas vti ne pereat hodie ſe Stoicus effert,
Hic interuertit præmia Scoppipatri.

CLXXXI. *Ad Vrintum.*

CVr ſolos Elegos, Vrinti, te ſcribere dicam?
Rite facis ſemper,ne facias,Elegos.

CLXXXII. *Ex eiuſdem Verbis.*

VRinte,per æternos mãdabis abire Nepotes,
Si commendabis carmina Bakkerii?
Illa per æternos,animal ceu ſtercus,abibunt?
Dic vbi Conſiſtent carmina tam lepida?

CLXXXIII. *Ad eumdem.*

AVrem Vrintius imperit Batauam,
Nasum Vrintius exserit Batauum.

CLXXXIV. *In Castalionem.*

CAstalio Criticus Criticorũ adfectat haberi.
O indocte puer, duc tua Castra aliô.

CLXXXV. *Panegyricus Scioppi.*

CLeptes Patricius, Scioppe, salue.
Lictoris Soboles, Scioppe, salue.
Tortor Stoicidum, Scioppe, salue.
Mendaci columen, Scioppe, salue.
Sangæ prostibulum, Scioppe, salue.
Hircorum Orbilius, Scioppe salue.
Successor Volusi Scioppe, salue.
Furum nobilitas Scioppe, salue.
Pernæ pernicies, Scioppe, salue.
Fumi diuitiæ, Scioppe, salue.
Morum Transfugium, Scioppe, salue.
Scortum Carcereum, Scioppe, salue.
Fallendi Labeo, Scioppe, salue.
Librorum Hermogenes, Scioppe, salue.
Nasus Stercutii, Scioppe, salue.
Cantorum Bauius, Scioppe, salue.
Vertex stercoreus, Scioppe, salue.

Pectus

Pectus Stramineum, Scioppe, ſalue.
Pulmo puluereus, Scioppe, ſalue.
Lictorum titulus, Scioppe, ſalue.
Nidor Loiolæ, Scioppe, ſalue.
Peſtis Symmachidæ, Scioppe, ſalue.
Varronis gabalus, Scioppe, ſalue.
Plauti triſticies, Scioppe, ſalue.
Phædri pigrities, Scioppe, ſalue.
Nepotis noua crux, Scioppe, ſalue.
Næuus Sulpiciæ, Scioppe, ſalue.
Nex Appulleidæ, Scioppe, ſalue.
Silli materies, Scioppe, ſalue.
Riſus Scaligeri, Scioppe, ſalue.
Ludus Cauſaboni, Scioppe, ſalue.
BaudI Ludibrium, Scioppe, ſalue.
HeinsI proſtibulum, Scioppe, ſalue.
Germanorum odium, Scioppe, ſalue.
Orci mancipium, Scioppe, ſalue.
Europæ opprobrium, Scioppe ſalue.
Et ſaluere vti poſſies, Scioppe,
Deſpera illicò de ſalute cunctâ.

CLXXXVI *De Scioppio.*

SCoppus, Scoppius, & Scioppus, inde
Scopus, Scorpio, tum Scioppius, ſunt
Vni nomina Belluæ, quis hanc pro

Oſten-

Oſtentis neget eſſe ſex piandam?

CLXXXVII. *In eundem.*

MVlta modis multis deformi inoleſcere maſ(ſæ,
Lucretī vt memorāt dogmata, credibile eſt.
Nam cui Nobilitas Crux eſt natiua, Scioppo,
Vnde tot ingenteis proueniunt tituli?

CLXXXVIII. *In Sangam.*

VEl ſilicem in ſuccū flammis, vel ferrea vertāt
Robora, vel mutent rore Adamanta leui,
Omnia tormento flammæ cogente liqueſcāt,
Et ſterilem in guttam frigida maſſa fluat.
Omnia cū poterunt, non quibūt omnia flāmę,
Durior eſt ipſo res Adamante noua.
Hirci FRŌS Sangæ, quâ nullæ lege ruborem
Extorquere queas, ſis licet Omnidomus.

CLXXXIX. *Epitaphium Scaligeri.*

SIſte gradū, Lęctor; iacet heîc quē quęrere nō (eſt,
Quippe cui Europa eſt, SCALIGER, hoſpitiū.

CXC. *Ad Scoppum.*

PEriuriorem, Scoppe, cum vides Clarum.
Numquid moraris, aut deinde tricaris,
Ambigua dum Victoria exſerit neutrum,
Quin te à paterno, Scoppe, fune ſuſpendas?

CXCI. *In OWenum.*

Iura

Iura trium poſcas à Scoppo verſiculorum,
Adſuetus ſemper ſcribere, Ovvene, duos.

CXCII. *Ex verbis Sangæ.*

IVxtà ſtulticiam reſpondet Sangus Elencho,
Cauſſa domi libro eſt maxima, nępe ſuam.

CXCIII. *Ad Scoppium de libro Heinsl.*

O Scippi, Pater eſuritionum,
Vidiſtin' aliquid mage eruditum
Ad ſummam ſatiem iocis politum,
Quam quâ tu Satirâ perire iuſſus,
Factus ludibrium orbi es vniuerſo?
Oſcippi, pater eſuritionum,
Quem nunc denuo ad incitas redactum
Solatur malè fumus è culinâ.
Quâ gens Stoica porticum iacentem
Erexit, Maledictione doctâ.
Si quid vis tibi lautius merenti
Extremum facere ante peditum, quò
Infelix anima ad Stygem redibit.
Hâc ſuſpendere reſte te memento.
Quæ priſco nitet vndiquaque ab auro.
Varronis Genio volente facta.
Multo ſic pretioſiore pompâ
Sangâ Stoicus efferêre porco.
Qui Clari, modo decidens, Cloacam

Naſo

Naſo prendere cum nequiret vnco,
Eſt quâ parte ſolentior locutus,
Ebullire animam coactus illâ eſt.

CXCIV. *de Delrio.*

DElrio delirat: quid mirum? Nomina fatis
Reſpondere, Mago qui docet ipſe libro.

CXCV. *Ad OWenum.*

VAfricies mira eſt OWeni: quis credere no- (lit?
Lectori libros dedicat: ollæ olera.

CXCVI. *In Orbilium.*

ORbilii naſus ſpecula eſt, hinc cernere poſſis
Vſq; in Hyperboreas, Antipodũq; nateis.

CXCVII. *Ad Scioppium.*

TRes niſi litterulæ reſtarent, Scorpius eſſes.
At quia tres reſtant, hoc quoq; deterior.

CXCVIII. *In eumdem.*

SCoppius ante fuit, q deinde Scioppi⁹ audit:
Væ tibi ſi audierit hoc Pater opprobrium.
Nam Veſpillo ſolés truncare cadauera longa,
Semipedem nati demeter à capite.

CXCIX. παράδοξον.

NAta quid arboreo dat anas miracula fœtu!
Patre luto natos Roma habet alma equites.

CC. *In effigiem C. Barth I.*

Bar-

BArthius hâc iuuenis tibi, Lector, imagine viuit,
Totus dimidio qui minor esse nequit.
Tu nitidam effigiē ceu formę, ita moribus eius
Adsimila, si quæ pulcra videre cupis.
Spe sequitur Proauos. ei adhuc sua messis in herbâ est.
Indicium ingenii dat tibi, POSTERITAS.

CCI. *In Scoppum.*

IVridicum quod, Scoppe, crepas puto rem esse ego veram,
Pandectarum ApicI Doctor es eximius.
Codice pellecto, pellincto dicere malim,
Scis vbi iure suo quæq; sedebit anus.

CCII. *Ad eumdem.*

VTcunque dextrè colligasq; ducasq;
Ratione numeros vndequâq; consultâ,
Nisi sinistrâ cautiore perpendes,
Cruce summa tamdem, Scoppe vane, pēdebit.

CCIII. *De Batauo.*

INuictum patriâ pro libertate Batauum
Vincere quo ritu possit Iberus? amet.

CCIV. *Ad Frid. Taubmanum.*

LIngua fuit Phœbi Cæsar, post Cæsara Scalā
Audiuit vocem quis, Friderice, Dei?

CCV. *De Serario.*

CLauigerũ quia desperãt sibi credere Petrũ,
Papicolæ huic fũgo officiũ tribuére SerarI.

CCVI. *Ad Monachum.*

INgressa est quoties tua claustra puella, vel v-
xor,
Siue aliqua omnino de grege fœmineo.
Omnia cum curâ conclauia verris, & eius
Hærenteis pedibus deluis illecebras. (dat
Dic mihi, Sãcte Ruperte, qs omni te vice mun-
Tu quoties nuptam siue solutam ineas?
Heic puto iam scopis Lictores non satis esse,
Scoppiadę quamuis omnem atauũ repetas.

CCVII. *Epitaphium C. BarthI.*

FEruentẽ è medio rapuit mors puluere bigã,
Cum vincent alii, hunc excipe, Posteritas.

CCVIII. *De Scoppio.* (ptẽ

PRodigiũ im̃ane est quo scãdit bis modo se-
Scoppo gradus; fecit patricios sibi auos!

CCIX. *In eumdem.*

SCazonta fregit cur tener Furcæ procus?
Vult duci ad illam ne pedes lædat suos.

CCX. *Ad eundem Graciſſantem.*

TAM lepidè Graios verris, Scorpisce, libellos,

Vt vel deglubens nemo queat melius.

CCXI. *De Amillo.*

ORdine quodq; suo scripsit medicamen Amillo,
Atq; adeo omne suis viribus, Andragoras.
Interiit tamen æger; at hoc quâ deniq; caussâ?
Scoppi carmina erant Antidotis tunicæ.

CCXII. *De Scoppico.*

SOL licet alta obeat duodenis signa figuris,
In Cancro tecum, Scoppice, semper agit.

CCXIII. *Tumulus Scaligeri.*

SCALIGER heic recubat: decurrite, Secula, rite,
Ni facitis, iam nunc Scaliger euigilat.

CCXIV. *Tumulus Scoppii.*

NE calca hunc tumulum; pus est saniesque sub illo,
Erumpunt, quoties quis bonus instat eum.
Pabula ab hoc æterna legunt coruiq; Lupiq;,
Fons hinc ebullit perpetuæ Inuidiæ.

CCXV. *De Morte Catonis.*

VIxerũt multi, Cato mortuus ambitiosè est,
Vtri sunt, ô Plutarche, magis fatui?

TARRÆI HEBI
EPIGRAMMATUM
LIBER III.

I. *In Sophistas.*

QVOD non omnibus vnicuîq; possim
Momentis leue dedolare carmen,
Aiunt spernere me Sophisticanteis.
Nil respondeo: Sed scio hoc: Sophistis
Multo est vilius & minoris ausi,
Carmen putidulis screare Rythmis,
Quovis tempore quos patrare possunt.
Quam, quod momine non queunt in omni,
Lorum stringere mictui PetronI.

II. *Ad Lectorem.*

CLaude oculos, Lector, teq; aurib. exsere tā- (tis,
Quot populo, Claro dicturiente, dolēt.
Tertius hic liber est Scoppi prænobile magni,
Delicium: magnis vtitur ille Viris.
Sic quoq; ius magnos homini sacrare libellos,
Qui cum Stoicidis nil mediocre capit.

III. *In*

III. *In Effigiem H. Grotii.*

QValē istū in tabulâ Grotiū depinxit ahenâ
Pictor, in inuesti corpore talis homo est.
Ingeniū atq; animū plenos Sofię omnib. armis
Pingere si lubitū est. Dic: Deus heic habitat.

IV. *In Orbilium.*

TRes Furias vno confundas, Stoice, cinno,
Non facient vnum tres Furiæ, Orbiliū.

V. *In Sangam.*

INgenuè natum Sangam, tu, Scala, fateris,
Marrano quoties Patre satum esse putas.

VI. *In Scoppium.*

FOemina si plorat, si mollis cantat Amator,
Discipulus diri vapulat Orbilii:
Clinicus occidit, venumdat verba Patronus,
Theiologus rixas, pro pietate, mouet.
Cum lectore suo Vates si litigat hærens,
Et mille in ventos spicula Feruor agit.
Ebrius est Bauius, stertit Veiento, laborat
Stoicus, expediunt quisq; suum officium.
Adde vnum, de quo Satiri lolligine turgent,
Scoppius & Sanges si validè esuriunt.

VII. *In Sangam.*

QVod veritatis somniet sibi soli

Tutelam, inanis iste Sanga, deberi.
Eam ipse contrà friuolo libro pedit.
Proteron per hysteron solens agit Sanga.

VIII. *In eundem.*

SI, vt libros scribis, sic dormis Cătaber Oene,
Mirum sit, Pater est si tibi Loïola.

IX. *In Grammaticum.*

REgula queîs certâ designat singula lance
Verba, quibus regnum vertilis vsus habet.
Nil agitis aliud, quam qui se ferculo in vno
Pascere pro vno omnes Scoppiadas satagat.

X. *In Scoppum.*

NEscire quædam si eruditio quædam est,
Antiquiorum vt exputat Sophus quidam;
Aliquando noster Varro Scoppus euadet.

XI. *De Delrio.*

VNo deductum dicunt te, Delrio, filo:
Nescio: ducendum fune puto gemino.

XII. *In Grammaticos pugnanteis.*

IN sese atroci concurrunt lege duelli
Grammatici, Gnifon & Caper Orbilius.
Hoc faciūt, nauim quà nec tuto ambo vehunt,
Alter in alterius perforat inuidiam.

XIII. *Ad*

XIII. *Ad Sangam.*

PRoterue Sanga, qui libro modo insano
Aliena crimina, facta ceu tua, excusas,
Quid es lucratus voce parricidali,
Nisi, licebat esse cui suum impunè,
Quod nunc latrinas ambulas per obscœnas,
Natitergiumq; Pædagogulos nostros
Rude obtinere non sinis, libro arguto?
In quem cacatum est, quo inquinare se fellæ
Putent Patrocli, Pædagoguli quod, cum
Præfatione, clune despuant salso.

XIV. *In titulum eiusdem libri.*

PEniculum dicit cum penem Sanga, deceret,
Sanga solens Taurum dicere puliculum.
Hoc Sanga è foriis spurios effodit Elenchos,
Scaligerum queis nō vult sinere esse bonū.
Scilicet vt teneros trahat ad spectacula pullos,
Peniculum penem nominat Hectoreum.

XV. *Ad Sangam.*

TVne illudere, tu cupis Deorum
Isto peniculo, inficete, Genti?
Cunctis cum foriis tuæ Cohortis
Subtraxisti animam; vsque ad vmbilicum
Omneis magnanimos tuos Sodaleis

Expleuisti, olide, inquinate, pallor,
Ascylton tegis, & Gnythona fingis?
Illuc te ad Socios age impudicos:
Qui discrimina nesciunt, Cybelles
Plenis orgia cum rotant lacertis.
Tanto tempore quod nefas patrasti,
Istîc non patieris, impudice.

XVI. *In Sangam.*

QVi pater & quis auus Sãgæ sit, quærere no-(lim:
Qui numquã est natus, diu⁹, vtroq; caret.

XVII. *In eumdem.*

DIscipulũ & fratrem Marrani, Sanga, fateris.
Quem Maldonatum dicis, Amillus erat.

XVIII. *De eiusdem verbis.*

QVei sit dictio aperta comminisci,
Nos non possumus, ô aperte Sanga,
Dic quei dictio aperta sit libelli,
Quo nil horridius magisq; cæcum
Ad ellas venit vspiam Patrocli?
Sic sis omnibus his apertus vnus,
Queis cum clauderis arrogante Voto,
Nil tectum tamen autumas habere.
Sed scis cætera, nec pudet fateri,
Cum sis discipulus Furoris eius

Quo

Quo non ille furentior, Gnythonas
Qui primos iubet esse Romulorum.

XIX. *In eumdem.*

EXiguum Fidei monumentũ exstare libellũ
Præcipitis mandat Cantaber inuidiæ.
Quod nihil est aliis, minimũ tibi, Sãga, videtur,
Iure adeo: Nam ius quisq; vti secũ habitet.
Sed tamen indulges aliquid tibi: nam monumentum
Nulla fides, paruũ quomodo habere queat?

XX. *In librum Sangæ ex eius clausulâ.*

CLausula diuini quæris quam lauta libelli
Sangam vnum Orbiliis exserat ordinib.?
Mimus ibi in promtu est, est scena; hinc histrio saltat;
Scamnite in tunicâ Scãma frequẽs colitur.
Fuscina retigero est, piscem Mirmillo fatigat,
Amphitheatrali pompa parata Ioui est.
Verba bonæ menti superesse sonantia dicas.
Esurit hæc quoties histrio cuncta canit.

XXI. *De libris suis.*

QVód magno tibi, Lector, ære constent,
Isti de Balathronibus libelli,
Miraris benè: Carius libellos
Et Sangis emis & decem Bonarscis,
Denos qui faciunt quater Scioppos.

XXII. *In Scoppi librum.*

CVm mendacia corrogat Scioppus,
Quæ nusquam antidea fuêre, condit.
Sic magnus liber ambit vmbilicos.
Sed cur tam fatuam & malam Cloacam,
Confutatio sancta, Veritate
Euerrat duce? perperam laboras,
O Leydæ decus, ô Bataua palma,
Quæ tractat semel iste fallitriba,
Sint verissima, veriora veris,
Iure Scoppius optimo, Poeta,
Proclamat malum olere vanitatis.

XXIII. *Ad eumdem.*

PAuca tuo Sangæ quod scripsi Carmina, vos
Non minus est vestris laudibus iste liber.
At tu si qua putas tibi deesse, aut deïde futura,
A Sangâ sumes mutua, ibi inuenies.

XXIV. *In Criticos.*

INgeniũ in verbis Criticus qui iactat habere,
Res fugiẽs, habet hic ingenium in genibus.

XXV. *De Scoppo.*

MVlta sibi Scoppus de se se credere iussit;
Quantũ hoc, ô Heinsi, debitũ lat exsoluit.

XXVI. *In eumdem.*

Dum

DVm Syllogismos, Scoppe, nectis argutos,
Sillos mereris ob cruces logismorum.

XXVII. *Ad Fortem.*

SIste aciem cōtrà atq; hastatas oggere turmas:
Omnia quæ vincit, sors, tamen est mulier.

XXVIII. *Ad Scoppum.*

PAuca tuis, Scoppi, q̀ Laudib. insero, quę non
Ad tua gesta aliquid posse putes facere.
Hoc tuo ab exemplo, ne culpes forte, patraui:
Scaligeri laudeis hâc Ratione notas.

XXIX. *De eodem.*

OMnia cum Scoppi doceat maledictio læta,
Vapulat vt taceat; ingeniosus homo est!

XXX. *Ad eumdem.*

FOedo fauorem qui ambit in libro Famæ,
Hic posteris ostendit, ô nefas! Cluneis.

XXXI. *Ad D. Heinsium.*

LVna tuæ regnum Lunæ submitteret, Heinsi,
Quâ putet exstinctos viuere, Varro, saleis.
Ni Lunæ imperium Solis detrectet amator,
Sic quoque quæ fratris cogit amantē oculū.
Tu Lunæ in regno reperisti regia Solis,
Sceptra, dehinc doctis Luna & Apollo libris.

XXXII. *In Sophistas.*

Nasci

NAsci & denaſci ſi rerum eſt ordo putãdus,
Cur non denaſci natus is Ordo, poteſt?

XXXIII. *In Scoppium.*

NE cogeretur eſſe genere Vulgari
Sibi, Scioppius, patrem hunc adoptauit.

XXXIV. *Ad Scoppum.*

QVod conuicia prouocationis,
Vt fama eſt, mediteris, ô Scioppe,
Fama eſt perlepida & ſatis faceta,
Nobis excipienda Craſſianis
Vltrò riſibus, & Catone poto.
Quamquam carmine te iocante læſum
Necquicquam benè ſuſpicêris, ô Rex
Æternus Paraſiticæ cohortis.
Nam qui pro merito ſuo & ſuorum
Quæ dixit prior, audiit: nec ille
Læſum ſe poterit probare primum,
Nec læſum quoque, cum duplâ mereri
Notus ſit vice, quod prior patrauit.
Quod ſi cætera cuncta diffiterer,
Quæ nunc iure mihi patrocinantur,
Peccatum tamen eſſe nil faterer,
Contra te, impia Cerberi propago,
Quo nemo eſt magis impius malusq;
Ipſo te tibi teſte, qui inueniri

A Ro-

A Româ queat vsque Cantabros. Sed
Illic bestia nidulatur horrens,
Verinam puto dicier, figurâ
Notâ Loïolis, vbi, quod haud est,
Verum dicitur, æstimando falsum.
Illa est turpior omnibus Chimæris,
Nullo Bellerophonte perdomanda.
Quæ tecum tenet impii furoris,
Horrenda face criminum, guberna.
Vt quicquid facere est malum, et cauere:
Vos dudum duo, maximi Catones,
Expatraritis, vnde regna vestros
Agnoscant Stygio furore fasceis.
Quos sic, ædepol, optimè tenetis,
Vt secludere tertium libido,
Nolit vestra nefas, cui Bonarsci
Nomen terribile induit theatrum.
Sic sitis benè Tresuiri, ô Scioppi,
Sanga ô putide, & furens Boñarsci,
Vt nemo queat inuidere vobis,
Ornatos vbi cernet ambulare
Pro factis sibi quemque Ternionem.

XXXV. *In Claudianum C. Barthii.*

CLaudiani puero faciles q interprete cartas:
Adspicies, exigui doña laboris ama.

E 7 Lusit

Lusit in his olim BarthI florentis acumen,
Dum puer auctorum differit omne genus.
Si qua igitur varo dubia stat lectio talo,
Læsa vel est pueri carmine si qua pedem.
Parcite Censores, & vos ignoscite vobis;
Hoc magni viuunt ordine Troiugenæ.

XXXVI. *De Volâ.*

CVm se excusaret nõ quoiuis, tempore quo- (uis,
Gratificari aliquod posse Epigrāma, Vola,
Apposite in simili rem totam edixit ad vnguẽ:
Non canis ad quemuis mingere volt lapidẽ.

XXXVII. *Ad Scoppum.*

DEformis me, Scoppe, rogas te vt amare ve- (lim: sed
Scoppe, te amat quisqs, se malè is odit ho- (mo.

XXXVIII. *Ad eumdem.*

Potes, Scorpio, cum duos Neronas
Tres totos Ciceronas, et VitellI
Concedat decies tuægula; vt quam
Dicat prodigam Vpicii culina:
Et sis Patricius pater Meronum
Nec pausam calido sinas palato,
Regaleis Biberi æmulatus haustus.
Es pauper tamen, et rei pusillæ,
O seclum insipidum, & nimis Scioppum!

XXXIX.

XXXIX. *In Orbilium.*

VIta cui solo sua viuitur atramento,
Post mortem carbo, non erit ille cinis.

XL. *In Scoppium.*

DItem esse nemo Scoppium putat sanè
Vigilans vidensq; : somniãdo quæ parta est
Nisi somniando non videbitur, GaZa.

XLI. *Ad Catonem.*

JOcosa quoties, ô Cato, vides dicta,
Nocturna quid agat alea, exputa tecum,
Cui vacabat ille auus vetus voster
Zenona toto cum die triumfasset.

XLII. *Ad Rusticum.*

SAncte, Numæ Antiquo, priscisq; æquãde Sabinis,
Consule Fabricio, Rustice, digne Nepos.
An, te quod duro damnarint nomine fata,
Vrbanus factis esse vidêre minus.
Nec potius Grauitas & versæ conscia Terræ
Simplicitas, nomen vindicat hocce tibi?
Vtut in vrbano iactentur vota theatro,
Cui sedet ad clauũ frænaque, Vulgus, habet.
Crede mihi, pauci magnatũ hoc tẽpore viuũt,
Qui veteres possint dicier Agricolæ!

XLIII. *In effigiem Scoppii.*

Pan-

PAntolabi effigiem patinâ ſpectatis in iſtâ.
Ex hac ſpectabat Scurra hominum ingenia.

XLIV. *Ad Scoppinum.*

TAngere me doctè Scorpiſc⁹ velle minatur,
Quod ſe neſcio quid carminis attigerit.
Tãge manu totâ, nihil hinc, Scorpiſce, ſequet,
Exprimet è vobis pus leuis iſte iocus.

XLV. *In Orbilium.*

INſani duo, quinque Lunitacti,
Bis deni Fatui, vndecim Petrones,
Viginti Bauiique, Mæuiique,
Pondo Scoppiacæ decem cicutæ.
Octà Pondera fronte de BonarſcI,
Seni peniculi Liberiani,
Deliri duo Delrii Sophiſtæ,
Raderi nouies nouem Bubulci.
Vnus Cratſerus inſtar omnium horum,
Et vix dimidii Lepor SerarI,
Cum quadrante trium Capellularum,
Queis omnis Sapientia attinetur,
Exſecti duo Martialis Hirci.
Et Flacci Hernia, cum Catulli omaſo,
Hæc cuncta Orbilius Magiſter iſte eſt.

XLVI. *De eodem.*

Infor-

Informi senicæ, aridæque laruæ,
Iamdudùm Stygis inferæ Quiriti,
Dic dignum Orbilio vale, Puelle.
Quem sævis Schola mittit è catenis;
Vt nunc te miserè Charontis alnus
Successorem auet, atque concupiscit!
Namque ille est nimis, hercle, delicatus,
Ex quo Forma tua est profecta ad Orcum.

XLVII. *In Stoicum.*

RAtiocinando dum occupatur, oblitum
Aiunt edendi Stoicum remansisse.
Continuet vnum, Stoicus, sapit si quid,
Octiduum in omne nobileis logos æuum.

XLVIII. *In malos medicos.*

PEstilitas pacto quo cessatura videtur?
Stultiuidos primum si necet Hippocratas.

XLIX. *Ad Scoppium.*

PArticipare aliquid vestris de Laudibus, istîc,
Si pateris alios, magne Scioppe, viros.
Humanũ facin⁹ fecisti; atq; Hercule nulla est,
Secta hodie in quâ non Scoppiadæ superent.

L. *Ad eumdem.*

PArce fututrici versum cruciare liturâ,
Ipse, malus si quis; quando fit, interiit.

LI. *In natalem Orbilii.*

MOlles Hendecasyllabi venite,
Gens prognata Aphrodisiũ ad Lepôrem.
Mactandus malè pestilente voto
Sol est Orbilii reus creati.
Nunc nunc dicite quod potestis: ô sit
Tam felix, male faustus vt dies, hic,
Natus quam foret ante, seculo vno
Infelix Quaticulius perîsset.

LII. *In Scoppium.*

QVod gen⁹ est Scoppo? Mater nescire fate(tur.
Quæ dom⁹? inuerso quæ datur Antipodi.
Diuitiæ: Linctus. Virtutes? copia tanta,
Quantam non ingens eluat Oceanus.

LIII. *Ad eumdem.*

FRigida me cẽsent moliri Epigrãmata. verum (est,
Vrunt illa tamen vos male, Scoppiadæ.

LIV. *In Papillum.*

IVra esse prisca seruitutis desita
Dolet Papillus; dominum hic emturit sibi!

LV. *In Liberium Sangam.*

STipendiarI nomine inuolat Scalam
Tribarbari fæx impudica Bonarsci,
Verina quæ se, dira bellua, appellat.

Stipes

Stipes, ſtuporque, ſtuppa vilis, & ſtridor:
Calo proteruus ipſe, nomen indignus
Stipendiarii mererier lixæ.
Stipendium omne qui ſtipem putat vilem,
Atyos ſacerdos quando Gallus æruſcat.
Agilemque clune temperat Chorum torto.
Cultros profeſſus iſte trans viri lacteis.
Semiuira turpi ſpina cum ſalit motu,
Vt mas videri nolit; Attys impurus,
Dominatur inter fœditatis adſeclas,
Vt fœmininos alliciat amatoreis.
Olim libido veſtra, Sanga Verine,
Stipem mereri flore potuit ætatis.
Nunc exoletus, vltimum tetrimentum,
Vulgo expotitus errat omnibus cliuis
Et fortuîtas clune deuorat glandeis
Saltim perire ne fame & ſiti poſſit
Inanis ille rabula, omnium exhæres,
Quæ Bona putare vel vocare quis poſſit.
Fortuna magna, tumida mobili fluxu,
Nimis licere criminum tibi certum eſt,
Quod iſta larua, Peſtilentiæ Scortum,
Catharma rerum, viuit, & diem cernit.
Quid vltrà habere te Licentiæ credis,
Vbi laceſſere filios venit Regum?

LVI. Ep. Iosis I. Scaligeri.

Seruilis

Seruilis veluti fuga libertatis imago est,
Scientiæ est imago sic silentium.

LVII. *Ex eiusdem.*

INsana Pietas quid rei est? Amor Patris.
Est Hectica Febris, vxor, vtraque auelli
Nisi morte, nescit. Quem gulâ putas solum
Sapere alienâ? Censeo cocum. Rex est
Agricola; terræ quippe Dominus: at reges
Dei vocentur, Regna quos penes rerum.
Telluris ossa Rusticos viros dicas.

LVIII. *In Sophistam.*

DVm se principiis Boni fatigat,
Finem perdidit in Bono, Sophista.

LVIII. *In Notellum.*

RVbricam Masuri expolit Notellus,
Sanguinarius est homo Notellus.

LX. *Epitaphium Orbilii.*

LVtea dum crocei destillat ab inguine nasi,
Guttaque hiascenti mergitur ore cadens,
Inuenit spurci mortem sitis ægra magistri,
Sax ea visceretis non premit ossa Lapis.

LXI. *Ad eumdem.*

QVem tu videris, Orbili, priorem,

Nec

Nec mente ſtupet, ore nec ligato eſt,
Sed totum octiduum ſiti laborat.

LXII. *Ad Scoppium* INLVSTREM.

NAtus es in luſtris, in luſtris fotus & altus:
Nemo tibi hoc titulo nũc mage cõueniẽs.

LXIII. *In Catonem.*

NIl prandente ſeuerius Catone eſt.
Hoc fuerunt alii cacare vultu.

LXIV. *Ad D. Heinſium.*

QVi tua nunc coram video, Clariſſime vates,
Vulta, quid in numeros prõtior eſſe negẽ?
Illa mihi primâ pro numine culta iuuentâ,
Creuerit vt cum ipſo tempore Relligio.
Tu tamen ignotum vultuq; & nomine tranſis,
Nec iuuat adſtantem cautius adſpicere.
Hanc ego Cæſariem, flauo quæ prodiga cirro
Fluctuat, et texti, Carbaſa, lenis opus,
Sericaque erubeâ criſpata volumina luce,
Stoicidis geſto ſordibus opprobrium.
Reſpice me, vates, ſtirps Martia Nobilis HebI
Scaligeris digna eſt Heinſiadæ numeris.

LXV. *Parodia.*

RIſi neſcio quem modo in Culinâ,
Qui, cum mirificis modis SciopPI

San-

Sangus crimina cuncta detonasset.
Dilaudans, ait, hæc, manuque plaudens;
Dii magni Crepiuentrium disertum!

LXVI. *In Delrium Purpuratum.*

PVrpureũ te alii, pus purum ego, Delrio, dixi:
Quid faciã? lingua est blęsa mihi: haud oculi.

LXVII. *Ad eumdem.*

CVi pepo pro cerebro est, pro corde in pecto (te sum?:
Dic mihi, Delriades, quâ Ratione furis?

LXVIII. *Ad Orbilium.*

FErmento in tumido dicunt decũbere totũ,
Stramineum dixi te quia Grammaticum.
Parce, senex cordate, odiis: de stramine non es:
At stipulas ructas quomodo, Grammatice?

LXIX. *In Mathonem.*

IRa decet forteis signũq; animi cita magni est:
Sic potior magno musca Leone, Matho, est.

LXX. *In Delrium.*

DElronem quoties vides tumere,
Et dextram quatere, & femur ferire,
Et frontem tremere, horridâque malas
Spumâ tinguere ad aurem vtramque retrò,
Et sudore rigente sublauari,
Crines erigere, orbibus timendis

Vesanæ

Vesanæ faculas vibrare flammæ,
Alternis pedibus modo huc modo illuc,
Inclinare gradum, & referre citra.
Censes bile hominem mala moueri ?
Est quantum pote, dicturit, Sabine.

LXXI. *In Orbilium.*

ORbilius facit hoc naso, Ibis quod mala rostro,
Et queritur prorsus nil lepidum olfacere.

LXXII. *In eumdem.*

NIl est Orbilio magis inuenustum,
Nasus cui sine fine, nulla frons est.

LXXIII. *In Prauolum.*

QVem quanti æstimet omnium, rogatus
Omnes se vnius æstimare dixit
Assis pondere, Prauolus, Poetas.
Quas censes hominem hunc habere libras!

LXXIV. *De Cato.*

CRedibile hũc certe est cœlo cecidisse Cato-
Cũ cœlũ sapiat proximus ille rudi est. (nẽ:

LXXV. *In Cosmographos.*

COsmograghi Antipodas cum procudêre supini,
Saucia turba tui floris, Iacobe, fuit.

LXXVI. *De Erasmo Roterodamo.*

QVid mirũ, inuidiâ si nunc tẽtatur Erasmus?

Maior

Maior erat ſeclo, quà minor, ille ſuo.

LXXVII. *In Sophiſtas.*

QVeis ſunt omnia Vanitas Sophiſtis,
Quid ſunt pars leuis omniũ, Sophiſtæ?

LXXVIII. *In Raderum.*

QVæ non percipit, abiicit Sophiſta,
Et non expoſitor ſit eruditus?

LXXIX. *In Scoppium.*

QVeî ſe, Scoppius, exſerat popello,
Defunctus quoq; magnus vt putetur,
Inuenit vafer: extulitque ſeſe
Pendens poſteritatis in fauorem.

LXXX. *Nicoleos Serarius.*

SCribere cũ nomẽ, Pater ambitioſe, rogaris,
Dic mihi cur ſolum N I facis, absq; alio?
Nimirum nuptas dum conſectaris adulter:
Conſcius amiſſi Nominis es reliqui.

LXXXI. *In I. Owenum.*

GErmana palma Veritatis, audiſti
Britanna quid Lepore dixerit duro
In te tuoſque, Muſa pro Pholo, potus?
Repone bilem. Veritas tibi Sancta eſt
Etiam bibenti, ſerios cauillanteis
Vocata longum ſpernit, atque deridet.

LXXXII.

LXXXII. *In Castratorem Criticum.*

TOto nihil in vate nisi verba Latina
Martiale, quæ tollere satagit omnia iste
Interpres ineptè stolideq; tam pudicus.
Sic perdidit vnico labore Roma vatem,
Famam illepidus, nomine raso, Criticaster.

LXXXIII. *Scazon in Scoppium.*

FErox Scioppe, Tristiludium Famæ,
Quid arbitrare mentis esse cordatis
Vbi crepare tanta te vident verba,
Cui fimo parente prodita est larua,
Genusq; crudum, auitus insidet Fumus?
Tamen nitere velle mirimis factis?
Inaniserue desidum tenebrarum,
Ferox aselle, terreum luti germen,
Ineruditе, pallide, horride, hirsute,
Inebriate falsimoniæ poclis.
Sinu educate Turpitudinis diræ.
Supina larua, semamicta centone,
Cui indecora lingua cuncta mendicat,
Cui inpudica lingua cuncta profundit.
Locum esse credis impiis tuis nugis?
Et esse cum sciamus, vnde viuamus,
Optima fercla cænitando Musarum

F Tuam

Tuam inficetiam,aridosq; luroreis,
Et apta Peſtilentibus velit quiſquam
Vorare dicta,præbitor quibus dudum
Prius periſſe, quam dares, cluis notus?
O impudente pectus obſitum probro,
O inquiline Stercoris,luto effoſſe,
Petulcilingue, Turpifruſtimendice!
Sate è parente Buſtuario,cuius
Cadauera arte ſunt ſepulta ter mille,
Vt ille tute filius viri magni
Dein venire poſſis in probrum Scalæ!
Eone nomine impius domo Calo
Profugit,atque duxit horridum ſcortum,
Olente nemo quod volebat in cellâ,
Eoque cum ſatellite omnia emenſus
Loca ominoſo inania à bonis greſſu,
Rediuit omne Contumeliæ in crimen,
Deinde turpis exſtitit Rogi foſſor,
Et annuum recepit in decus funem
Domeſtici nitoris, improbum teſtem
Crucis petitæ,& oppido ferè nactæ?
Vt ille poſtmodo, ille natus obſcœno
Patris furore Victor, in Deûm natos
Pote inſilire, linguiuerbero impurus?
Eone nomine Impudentiæ fulcrum
Adulteræ parentis extulit crimen,

Vti pudere maximum queat Scalam.
Ab hoste prouocarier Deos Tali?
Quid, obsecro, atra larua iam tibi mentis,
Retro tuos videnti, & antè Scalanos?
Pudetne tamdem? an impiæ fugax sectæ
Rubore frons notatur, æreæ molis?
Sed ista nemo quit putare facturum.
Domi reuinctus inter offulam hesternam
Cibumque, & aridæ famis potum,
Sedes Scioppus, & redemtus in scenam
Furoris, exsul omnibus bonis, exspes,
Ab Impudentiâ, & Libidine infami
Vt Imperator, omnibus prior, cinctus,
Tui parentis æmulâre virtutes.
Deinde quando lautius tibi quicquam
Mala obtulere fata, mente distortâ
Et ore varo, & impiissimâ linguâ,
Venis latrare Litterarios Diuos.
Datario vt placere per diem possis.
Is illa dia nempè, conscia & fautrix
Pronæa rerum, inaniis tuis nouit
Venire prorsus in loco, bonum Numen.
Sed ante macerato & oppido pulcrè
Fame subacto, vt Impudentiæ folles
Patente possis ore plenus inflare.

LXXXIV. *Ad C. Barthium.*

SCripturus nitidum puro, Scazonta, meatu,
 A te fas veniam, Caste Poeta, petam.
Nam tibi deuinctus tantâ virtute recessit,
 Vt sine te, ScaZon, Scoppius esse velit.

LXXXV. *Ad Scoppium.*

DI te perdite perduant Scioppe,
Qui nos non sinis esse feriatos,
Sed versus lepidosque candidosque
Diro nomine conspuis, Lauerna.
Hoc vnum queat inuidere vobis
Clarus Patricio Lauernioni.
Quod mundi opprobrium, luela rerum,
Pendet Scoppius aureâ à catenâ.

LXXXVI. *Ad eumdem.*

QVam sis bella loquens, Scioppa, quæris?
 Esses muta decentior, Scioppa.

LXXXVII. *Ad Martialem.*

SI pro crimine, Martialis, istuc
 Exsectis tibi fratribus luendum est,
Quod vis carmine ludere impudico,
Quid BVRCHARDVS habebit, aut sinistro
Hircorum patietur à Pudore,
Qui dum turpia Poenitentiarum

Nar-

Narrat crimina in ordines redacta,
Non narrat modo, sed docet disertim,
Vt possis benè tu tuum vocare
Prorsus Grammaticum, benè eruditum?

LXXXVIII. *De Scioppo.*

MIrum est, omnia cum ausit vnus esse,
Solum hoc esse neuult quod est, Sciopp⁹.

LXXXIX. *In eiusdem Carmina.*

QVam salsũ cõdas quæris, Scorpisce, Poëa?
Expletur nullum crebrius hoc salibus.

XC. *In Orbilium.*

CArmina nulla facit nisi cum pituita molesta (est,
Quis vatem è salsis non putet Orbilium?

XCI. *In eumdem.*

MAne quod Orbili⁹ Caperato ẽblemate pro- (dit,
Nolito rugis credere. Risit heri.

XCII. *In Grotium.*

GRoôti⁹ hàc iuuenis cępit, quà desinit Orbis,
Grandia quà sistit secula Sesquisenex.
Omẽ in extremo magnũ est, quia desinet in se
Cui Mundi finis dat rude principium.

XCIII. *In Stoicos.*

NAsuta Cryllis duxit, Aule, Frontonem,
 Necesse

Necesse veros inde Stoicos nasci.

XCIV. *Ad Vrintum.*

QVos dicis versus mihi, Vrinte, per ire Nepotes,
Coniunctâ melius voce, perire, canes.

XCV. *Ad Scioppum.*

INers Scioppe, quid placere vis salsis?
Olimque cuncta fers facisque ridenda,
Vt arbitrari te velimus argutum?
Tecum maneto; cumq; dicta non lauta
Vulgaritate vis iocante condire,
Tibi triumfa; nil iocosius fecit
Iuxta Scioppus regulam Solœcissans.

XCVI. *De Orbilio.*

SI quæris vnde geminet Orbilus nasum;
Adito Sangam; amisit is suum nuper.

XCVII. *Ad Scoppium.*

SEnem esse magnum si dolet tibi Scalam;
Atq; istud ipse vis cauere te exemplum,
Id, Scoppe, prorsus expedibis argute!
Adito Patrem, quærit is suum quæstum.

XCVIII. *De eodem.*

AN hæres suus esse possit, istic
Nullius generis, domus, Parentis,

Munste

Munsterus modo, postea Scioppus,
Sanè nescio; Fur suus, scio, olim est.

XCIX. *Ad Plautum in Sophistas.*

ATti, quem sapere vsque ad vmbilicum
Dixisti, manicæ parum decebunt,
Da peram & baculum, videbis esse
Quem per circuitum, Attyn, es locutus.

C. *Parodia.*

LVsi nescio quem modo in Tabernâ,
Qui, cum mirificè librariorum
Fœtor Carmina Billbui explicasset,
Admirans velut hæc, manuque tollens,
Dii, dixit, Canivisium eruditum!

CI. *In Orbilium.*

EXtispicũ exspectant Collegia te Orbiliane,
Doctum cum paucis ante Natispicia.

CII. *Parodia.*

RIsi nescio quem modo in cloacâ,
Qui, cum magnificè Patrocliani
Orbilli scelera omnia extulissent,
Appludens velut his, fauensque clarè;
Dii, dixit, Natibaubitum politum!

CIII. *In Stoicum.*

INfelix, excors, exsul lare, falsus amicus,

Stoicus es, si sunt, Scorpio, tanta tibi.
Non opus in miseris Elementis perdere vitam,
Tota tibi est olidi porticus apta senis.

CIV. *Ad Tumulum LipsI.* (ris?

CVr LipsI ad tumulũ sint cũcta recẽtia, quæ-
Abi: Vetustas omnis hocce deiecta est.

C V. *De Orbilio.*

NOn volt Orbilius iuueneis nutrire capillũ,
Ipse sui quota pars, Crispe, supercilii?

C V I. *In Bauum.*

Æqua Bauus melli dulcedine carmina cõdit,
Credo, Sardous si patriâ atq; domo est.

C VII. *In Scoppum.*

TE litterarum non benè esse nullarum
Scioppe, dixi, ingentium trium qui sis.

C VIII. *In Bilouium.* (louium,

QVis vatẽ esse grauẽ neget, ô Taubmane, Bi-
Qui rumpit cunctos, vix recitans, pluteos?

C VIIII. *Orbilii Schola.*

ORbilii non est Schola pulueris illa Cloaca,
Pus scabiesq; vrbis cruda; q̃d ergo? Chola.

C X. *In Scioppum.*

Nil

Nil aliud prisci Cato si tenet iste nouellus:
Portius est gente & mente tamen geminus.

CXI. *In Sophistam.*

DIsserere est Logicũ cui, Quintiliane, Sophistæ,
Quid restat ne sit Rhetoricum Metere?

CXII. *In Anagrammaticos.*

LIttera vertibili dum q̃libet apta Patrono est,
Est Anagramaticus nil nisi Grammaticus.

CXIII. *Poeta Adulator.*

INgenium pretio venale habet: improbum adulat,
Caudã habet in linguâ, vulpẽ alit in cerebro.

CXIV. *De Fero.*

CRassum diuitiis modo atque Crœsum
Qui pro ridiculis, Ferus, putabat,
Prodit de subito macer, tremensque,
Et se viuere posse diffitetur.
Caussam quæritis impotentiæ huius?
In somnis socium videt Scioppum.

CXV. *Ad Sabinum.*

QVi per Stoica nunc olenticeta
Sangæ peniculum, Sabine, raptas,
Illic inuenies mala ad sinistram
Portenta, Oceano integro eluenda,

Bonarſcl caput, & caput Scioppl.

CXVI. *In Sangam.*

PLauti peniculus, ioco Poetæ
Tergendis quaſi baxeis relictus:
Verum peniculum, Ferine, voſtrum
Iſtum terribilem extudit libellum,
Terguntur foriæ cui Batauæ.
Nam te carbatinas tuo Bonarſco
Lingendas bene dedicaſſe dudum
Verax Fama fuit: manent Scioppo
Cluneis Cercopithecii exedendi;
Namque iſtâc ratione vos paterna
Creuiſtis bona, cum deinde fratres
In Scalæ voluiſtis eſſe mortem.

CXVII. *De Orbilio.*

ORbilio prius ac me dem Doctore docēdū,
Fulmine me à ſuperis exigat Ira Iouis.
Neptunus glaucâ nantem obruat Amphitrite,
Siſiphio nectat pondere Tiſiphona.
Obſcænas volucres inhumato corpore paſcā,
Scoppiadæ vel me truncet auara manus.
Antè Libys ſolâ Leo me deprendat arenâ,
Aut Labyrintheô Tauriuir in thalamo.
Antè Sinis medicum flexa ſuper arbore rūpat,
Et Sciron geminâ per freta mole trahat.

Antè

Antè Cyrenæi geminem maledicta Poetæ,
Pelignique sequar carmina Callimachi.
Nec leuius peream quam si Pompeia iuberet
Insutum lentâ Lex periisse nece.
Antè hoc quam faciam muter vulpiq; Lupoq;,
Panaue sub facie sibilem arundineâ.
Immò, Pythagoræ verum vt mẽdacia narrent,
Post obitum viuam in corpore Grãmatici.

CXVIII. *In Orbilium.*

O Nasum horribilem & nimis profundum,
Appendix cui cum siti Magister
Omni est Orbilius, Modimperator
Pergræconum auidûm, Alfa combibonum!

CXIX. *In eumdem.*

CVm Canis Erigonæ coquit arua, in fornice nasi
Frigidus Orbilius ritè sedere potest.

CXX. *De eodem.*

ORbilius proprio quod nupsit, Põtice, naso,
Dic mihi coniugium salsius esse potest?

CXXI. *In Prodigum.*

NVnc, malè cũ viuis, benè viuere quid sit habendum,
Discis; habet pretium Sors reuoluta sui.
At benè dum vixti, male viuere non didicisti,
Ergo nec benè nunc viuere, nec malè quis.

CXXII. *De Scoppo.*

QVam leue visiolũ credit mendaciũ Amator
Vilius, hoc semper, nũquã at eô erubuit.

CXXIII. *In Rasorem.*

OBscœniora Martialis omenta
Manu tagace tangere haud valet, Seiren
Theologa; Castus iste rasor impurè est,
Petroniana sæpè nam citat scripta,
Eôq; mittit arroganter auditum:
Prostituit iste Conscientiam infamem
Qui scire dicit esse cum facit, crimen.

CXXIV. *In eumdem.*

LVdentis ioca falsa Martialis:
Tollit Rabula, perperam pudicus,
Non tollit Dominos Deosq; ritu,
Quos clamat pius Ethnico Poeta.
Nempe hos quod colat atque apertè adoret,
Illos non nisi clanculum iocanteis
Suaui versiculos Lepôre, condat
Intra viscera Loiolæ tumentis.

CXXV. *In Stoicos.*

PErfacile in lapidẽ est ossum durescere purũ,
Hic sapit in mediâ cui rosa nata niue est.
Ite parentatum vestris, gens Stoica, nugis;

Viue-

Viuere nos vestrum Mors jubet ante rogũ.

CXXVI. *De Germanis.*

DVlcacido in vino patrat Germania genteis:
Sãguinis Hesperias quod iubet ingluuies.

CXXVI. *In Sophistam.*

NIl vult simia viuidi Platonis,
Extrà vmbram, male dum capit docentem.
Sic qui se esse Platonicum laborat,
Re verâ Platanonicus, Sophista est.

CXXVII. *Ad Rasorem.*

STоica si vestro Taxus sedet optima crine;
Quid cũ Bilbilico frõs, tibi, moesta, ioco est?
Exige per cultros, Phrygiâ Musam erue testâ,
Illa nocens minus est, mage facta salax.

CXXVIII. *De Scorpisco.*

NIl præstat nisi se solum, Scorpiscus, amicis:
Hic scit cũ paucis quare hõines iã adamẽt.

CXXIX. *In eumdem.*

NIl mediocre, Scioppe, aiũt te audire lubẽter;
Esse ego te, Scoppi, dico trabalẽ hominẽ.

CXXX. *De eodem Scioppo, Aleatore.*

ALea damnosæ non iam conuicia seruet,
Tessera nec scelerum mobile ducat opus.
Fecit vti noster sit Gymnosophista Scioppus,

Stoicidum columen qui fuit ante Cato.

CXXXI. *De Orbilio.*

QVod tribus haud quicquã nasis sapere impetret à se,
Non est res nimium ridicula, Orbilius.
Quis binis vmquam parmam tetigisse sagittis
Auditus, damni est copia sæpè vicem.

CXXXII. *De Pulibiano.*

QVod nitidà in tunicâ cultum me incedere cernit,
Nobilibus plenum pectora tota atauis.
Rumpitur inuidiâ fœtens, Lupe, Pulibianus:
Quid faciam, nisi vt hoc ille magis faciat?

CXXXIII. *De Orbilio.*

ORbilii in naso fecisse Ciconia nidum
Dicta, habitare refert se cacabo in veteri.

CXXXIV. *Ex verbis Scoppi:*

CVi sunt sidera quos probas, Scioppi:
Clarum est omnibus esse Sideratum.

CXXXV. *Eiusdem Epitaphium.*

Elluo patricius, populi Rex Luxuriosi;
Pergræcator Eques Scoppiades iacet heic.
mnia si potuit quæ singula magna putantur,
Mille ferat pro vno Scoppius hic lapides.

CXXXVI.

CXXXVI. *In Cynicum.*

QVi per compita; cum meridiamur
Succinctâ grauis ambulas lucernâ,
Et te quærere differis, Cynisce,
Dignum voce hominem suâ notari.
Quid de te fateare, non fateris?

CXXXVII. *In Scepticum.*

CVi sordet omne quicquid omnib. lautũ est,
Secum ille solo pendet, absq; riuali.

CXXXVIII. *Sine querelâ.*

NIl generosius est quam nil temerariè obire,
Alterum ab hoc statuas, facio cuncta absq; querellâ.

CXXXIX. *Ad Lectorem.*

SI turpe, illepidumq;, putidumq; est,
Et conuicia quod ferat Scioppi,
Laudari immerito. Benigne Lector,
Culpandos tibi dedico libellos.

CXL. *De Hirco Poeta.*

HIrcus quæritis vnde sit Poeta?
Rosit Laureolam Scioppianam.

CXLI. *De Poeta.*

POëticam me ferre quod iubes Sortem
Nilque esse dicis, adfluentibus cunctis,
Iocosiorem exire rustico quouis,

Vit

Vis vera dicam? Veritate deliras.
Faceta digna pectore hausta magnati
Salire lector sueuit omnis auctoris
Auctoritate. Nobilis potest nemo
Ignobileis putare quos facit, versus,
Scoppus tenendo Regulam Solæcissat.

CXLII. *In Stoicum.*

INsessor Famæ, morum corruptor, auarus,
Crudelis, vecors, laudis adulterio.
Quid miserâ in vitâ viuendi quærere caussas
Insistis, magnum est, Stoice, si lapis es.

CXLIII. *In Stoicum Affidium.*

VInum erat in trullâ, vinum mutauit aceto,
Olfecit postquam Stoicus Affidius.

CXLIV. *In Poetam Laureatum.*

CVm recitātē hodiè te audirē, laurea cui frōs
Istos adflauit versifices animos.
Cōfiteor, mihi laureā ego quoq; sesquipedalē
Optaui, atque adeò voto auido, & calido.
Sed ne decipiam credentem te facilè, vt ne
Riderem morsâ, non vt eâ induerer.

CXLV. *In figuram Ducis Parmæ.*

TAlis Alexander vultum Parmēsis habebat,
Fratrem iurares esse tuum, Macedo.

CXLVI. *Tumulus Mariæ à Wakkenfels.*

FLos Florũ heic Helena est, oculi marcescite
Sidera se abscōdãt, cōdit heic Maria! (florũ!

CXLVII. *Ad Scioppium.*

TEr benè qui dicit rẽ te expediisse, Scioppi.
Si sapis, aude inquit quartũ, & eã incipies.

CXLVIII. *Ad Paullam.*

POcula plena bibam cũ vestrâ, Paulla, Salute,
Paullũ est si ægrotas, non tamen & moreris.

CXLIX. *De Sangâ.*

PIstrinum esse suam concedit Sanga cohortẽ,
Quid nî? in quâ triplex ipse asinus molitur?

CL. *Ad Delrum.*

LIngua tibi casta est, si verum, Delre, negam⁹,
Verum vera placent, est tibi casta fide.

CLI. *In eumdem.*

EST cui Scaliger ex homuncionum
Martinus grege Delrio Sacerdos.
Quantus Longurio putas, Scioppe, est?

CLII. *Ad Scioppum.*

MAlum omen Æthyops putatur obuius,
Sinistra vota turbat ingruens spado,
Quid actitare deputabitur, cui

Et

Et Æthyops in ore, & impotens ſpado
Inerte corde regnat? ô duplex nefas!
Furens Scioppe dum licet, ſemel peri.

CLIII. *Tumulus Ios. Scaligeri.*

SCaligerum Heroem, Belgæ Semones in iſto,
Poſtquam abiit terris, depoſuere rogo.
Vrite membra ignes, Famam tentate Latrones,
Omnia quæ potuit SCALIGER heic poſuit.
Cætera nec voluit nec quiuit, in Æthera nomẽ
Æterna æternum ſiſtere flamma volat.
Vritis exſuuias, terræ genus, exſuuiarum,
Cælum cæleſteis ſcit decorare Viros.

CLIV. *De eodem.*

NOuenus ordo ſi perire cælorum
Et alma Terra, marmoriſque vis glauci,
Cui hactenus putata, corrigas ſcitum.
Et iſtam ad orſa ſubde regulam Euforbi,
Ocelli, & omnium Italæ virûm Sectæ,
Perire Mundus haud poteſt, tegit SCALAM.

CLV. *De Cæſaribus Iulio & Scaligero.*

NI mortem humanam Cæſar tuus oppetiiſſet
ROMA, foret numeris additus indigetũ.
At mortem Cæſar ſi SCALIGER oppetiiſſet,
Non iam eſſet ſuperis inditus Ordinibus.

IVLIVS

IVLIUS hoc distant & SCALIGER, ille homo mortem
Humanam, diuinum oppetiisse aditum.

CLVI. *Loquitur Scaliger.*

TErra vale; notique Poli, sequor intima rerũ;
Nil iam sub Lunâ est scire quod heic nequeant.
Fata modo irrumpo, radium librosq; secutus,
Vt per me possint discere sese homines.

CLVII. *De eodem.*

Vt dudum ingrati pertæsus crimina secli,
Omnia doctrinâ exhausit & edocuit;
Esse ratus tempus discendi dia; abiit; Nunc
Disciplina Deus Scaligeri, astra liber.

CLVIII. *De eodem.*

NE moriare Deum quis te neget enthea cernens
Scripta? magis hoĩem hęc nobile posse, obeas.

CLIX. *De eiusdem libris.*

MIllia Scaligeri tria, Arabs liber, ebibit auri,
Numquam aurum posuit vilius Arabia.

CLX. *Eiusdem Epitaphium.* (Olympi

QVoia vrna hæc? SCALÆ. Quis Scala? adscẽs'
Heic cælum vlnarum ritè triũ in spatio est.

CLXI. *De eodem.* Nil

Nil Venus exſorpſit, nil Bacchic⁹ ardor ab iſto,
Qualē ſe accepit, reddidit hic Superis. (noſſe
Hoc totum in lucro eſt, quod Scaliger omnia
Quiuit, habet quod ſic imputet aſtricolis.

CLXII. *De Obitu eiuſdem.*

SCaliger oppetiit, quo tēpore Lumina clauſit
Doctiina, erexit luſcum oculum Inuidia.

CLXIII. *Ad Scopum, Parodia.*

HEſterna, Scope, de die cacanteis
Multum riſimus aridos libellos
Vt conuenerat, in Patroclianis,
Cantanteis Titulos tuos, Poetæ;
Ridebant numeri modo hi modo illi
Reddentes faciles cacationes.
Atque illinc redii tuo rigore
Incenſus, Scopice, inficetiiſque,
Vt nec me miſerum Venus iuuaret,
Nec ferret ſolitos Charis, Lepores.
Sed totum domitus rigore menſem
Torquerer, cupidus calere quoquam.
Vt tē te exagitem & tuos ſodales,
At poſtquam nimiā niuis procellā
Pluſquam mortua Muſa ſe exſuiſſet,
Iſtum, dire, tibi dedi Cachinnum,
Ex quo perſpiceres tuos rigores;

Nunc audax face sis, meumque risum
Oramus vice rideas Catonis,
Vt Pœnas Venus expetessat à te
Arguto tibi læsa cum Catone.

CLXIV. *In Scoppium.*

QVi Comedo fueras, Comes es: licet vltima (fallat
Syllaba, nil vostris moribus eripuit.

CLXV. *Ad eumdem.*

CVr male cõueniãt Sorti tua nomina, quæris?
Qui Scoppũ poteras viuere, vis Comitẽ.

CLXVI. *In eumdem.*

NOminib⁹ multis ornatum excellere Scopp⁹
Dum putat, expunxit nomina nominib⁹.

CLXVII. *In eumdem & Bilouium.*

COmendat Comiti Scoppo Billouus alũnũ,
Ipse Comes. Tota est Aula trium ista canũ.

CLXVIII. *Ad Socios.*

PAntolabo Scurræ Nomentonaque Nepoti,
Hunc posuit tumulum maxim⁹ è Sociis.
Gurgitis atq; Gulæ, dium genus, heic altelli
Grandia consumtis membra locant opibus.
O Socii, date vina manu, date serta, benignâ,
Et bibite, & lætis cingite pocla rosis.
Mors autem vellem, vt vulgo, VIVITE, dicit,

Pantolabis

Pantolabis venio, dicit, iö Bibite.

CLXIX. *Tumulo Scoppi.*

SParge rosas tumulo, nardũq; inverge sepulcro,
Post mortem Scoppo si cupis esse malè.

CLXX. *In Scoppium.*

COrnu habet, hoc Scopp⁹ caper occiput autumat esse,
Spongia pro salso est humida ei cerebrô,
Aureis non aureis, sed sunt spelæa Neparum,
Frons effrons multi campus araneoli.
Nasus hians Lernæ mutonẽ, oculi vndiq; rufi
Lampada fumanti stinctam oleo referunt.
Hernia labrorum est Hecales mediæ atra Mephitis,
Barba hystrix, vel quæ spicula Echin⁹ habet.
Et miramur adhuc tã formosum caput aptus,
Essa velit cunctis quod caput ingeniis!

CLXXI. *In eumdem.*

VIrus Alexandri cum crimine Despauteri,
Vnum aliquẽ è cœtũ, Nestora, Glossographis,
Deîn librum horribili cum nomine duc, RAPE TOTVM,
Ducalium MECVM VADE, cui titulus.
Adiice prò pompâ sextum decus Anticyrarum
DORMI SECVRE cui vigilant asini.

Tum

Cum dictata aliquot NOSTRORVM longe
MAGISTRÛM,
Donatum pueris qui facilem esse negant.
Qualia monstra timet senis alea Cæsariensis,
Ne de Grammatico fiat iners Alapus.
Omnia cōfunde, atq; emplastrū cōfice coctis,
Orbilii inspergas quinque supercilia.
Hoc nisi Carminib. nostris sine crimine læsum
Restituet Scoppum, nulla medela potest.

CLXXII. *In Criticos.*

EOusque ventum est iudicando nunc nobis,
Plus est Poetæ iudicum, atque Lectorum.

CLXXIII. *In Scorpiscum.*

NVllam captator cœnā Scorpiscus omittit;
Hinc, ne corrumpat, omnibus eiicitur.

CLXXIV. *In Sangam.*

COgnatam canit esse Veritatem
Cantabris popularibus, libello
Qui fœdo horribilique, putidóque
Prostantem iugulare Veritatem
Verinus cupit, adiuuante Claro:
Hoc est qui poterat venire cædis
Communis reus, esse parricidam.

CLXXV. *In eundem.*

Peni-

PEniculum dicit cum Scopas, Sanga, deceret,
Qd' meruit nomẽ, quanto homini est odio!

CLXXVI. *In eumdem.*

SCaliger in titulo est, in libro Burdo; quid hæres?
Loiolæ maior quam liber est titulus.

CLXXVII. *In eiusdem verbis.*

PEniculum scribsit PRo principe Maldonato
Proque magistrali Delriadæ titulo,
Sanga: quid esse potest his digni⁹, atq; cloacæ
Facto, isti vt purgent pectora peniculo.

CLXXVIII. *De eodem.*

INscripsit Claro Foriarum carmina Sanges,
Stercoreo luteus, quid pote simplicius?

CLXXIX. *In Sangam.*

ERrabam sanè cum te & tua, Sanga, viderem
Carmina, Loiolæ facta supercilio.
Nāque aliquid dignū corui Barathronis hiatu
Lecturum in castos coniiciebam animos.
Verum abs te bellè decepti, Sanga, redimus
Quod maledicentem Scoppiaden sequeris.
Et malus est nimium, qui cū maledicere Sāgas
Exemplo docuit deteriore Canes.

Hoc

Hoc adeò malè fecit, vt ipsô in limine docti
Doctoris genio discipuli intereant.

CLXXX. *Ad Scorpium.*

MEntitur qui te laudat, qui, Scorpio, sannis
Rumpit, adulatur; Rex meus esse potes.

CLXXXI. *In Bonarscum.*

VArronis Satira audiit superbo
Quodam nomine, Clare, sesqui Vlysses.
In te qui Satiram, Bonarsce, condet,
Sesquidæmona nuncupare possit.

CLXXXII. *De Orbilio.*

ORbilium dixit Sapientem discipulorum,
Nec simul erubuit maximus: os hominis!

CLXXXIII. *In interpretem Catulli.*

VT sit iam pueris Catulliani
Quæ vis carminis explicata summa.
Velle exponere iactitas Catullum.
O Gnifon, male iudicat Poetas
Præmansus pueris cui est Catullus!
Vel si quis benè iudicat Poetas,
O Gnifon, malè iudicat Puellos!

CLXXXIV. *De Symmacho Scoppi.*

ANte fuit mutilus; cum, Scoppi, Symmachon edis,

Fecisti nullum; debet, inique, tibi.

CLXXXV. *Ad Lectorem.*

IOcose Lector, horridè cadit versus
Cui aure in vnicâ est necesse dormire.
Vtramq;, Lector, explica mihi, promte
Profabor istud integerrimo versu
Puto esse turpe quo magis nihil rerum,
SCIOPPIUS nocere se cupit Scalæ.

CLXXXVI. *De Orbilio.*

OLfacit Orbilius dum vinum, stuprat aceto,
Et bibit hoc puri nomine: nasū hominis!

CLXXXVII. *De Scoppio.*

Væ sit Relligio Scoppo cupis ardelioni
QScire? ea relligio est q̄ credita Curculioni.

CLXXXVIII. *In eumdem.*

PVrum quis mihi Scoppium probabit,
Pipillum modo huic canens, modo illi,
Qui de stercore victitat suopte?

CLXXXIX. *In eumdem Priapissantem.*

MEntula cui sola est sua in ore, pudicū eum habebis?
Vrinam præter nil, Labiene, sapis.

CXC. *Ad Frid. Taubmanum.*

Sancta

SAncta Vetustorũ mens atq; anima Enthea vatum.
Cui totũ in numeros Helicona reclusit Apollo.
Comica qui primis calcas proscenia plantis,
Dum iuueneis annos teneri tenuere Lepores.
Flore sed elapso fructus satiare virileis
Herois potes auguriis, vt mixta Cothurno
Vmbria Mantoas geminet tibi Gloria Laurus.
Quid titulos, spurciq; emblemata vana Bauilli
Req́, vacãs studium, maledicendiq; tumoreis
Intuitu dignare tuo? tibi Musica Plauti
Scena, tibi exposito patuit via Sancta Marone.
Hunc trepidũ in nebulis, & vix vestigia denso
Cœno eluctantem, fœdi discriminis audax
Barbaries domat, & ructantẽ exsanguia bullis
Scripta vagis, nec Musa loco, nec Laur⁹ odore,
Nec vatum princeps oculis dignatur Apollo.
Sed lacera exsucco singultantem ilia cantu
Arida in obscuros Famæ sitis exigit æstus.
Et grauis esuries, & lenta vocabula pridem
Medici Comitis. Cui dena volumina versuûm
Octiduana ferunt pro grandi prandia voto.
Scilicet his animis toto Bacchatus in orbe est,
Singula dum nummis laurus censîta duobus
Deficit, & quæuis frons vatis imagine pallet!

Inſtitor ingenii, Caupo paraſitus Honorum.
Cætera quid numeris incluſa potentibus edā?
Omnia ſunt obolis homini venalia binis,
Iure ſub heſterno natat irreuocabile nomen
Verſificis, crudâque Cocus redimitur ab offâ.
Caſſida nunc cœnâ venalis, & aurea pendent
Arma, trib⁹ ferclis. Terræ omniparentis alumni
Vulgus heri miſerum, deſertæ probra popinæ
Nobilitatem hodiè turg[illegible]em inſignib⁹ edunt.
It per adoranteis Comes interim & aurea fundit
Dona manu, rediére Sophi, venére Bootæ.
At tu qui noſtro maior, Taubmane, fauore es,
Siſte manum, calamiq; aciem temerare recuſa,
Quid ſibi de larua, quid inanibus ille Poetis
Somniet, exeſto vigilantibus addere viſis.
Vt canis eiectis Epulo malus imminet offis,
Vnguibus vt propriis ſcabiem domat ægra Voluptas,
Sic ſua dicta ferox Balatro cum fæce reducet,
Sic proprii Bauus ingenii prurigine obibit.

CXCI. *Parodia in Scioppum.*

SCioppus ille, quem expuliſtis, Auſones,

Ferocit

Ferocit esse Teutonum impiissimus.
Nec vllius voracis impetum gulæ
Timere prouocare, siue poculis
Necesse dimicare siue ferculis.
Et id negat superba Bauarûm palam,
Negare regna, comparesque Gifani,
Neoforumque, Martiosque Noricos,
Monachium, trucemque mortuis Patrem
Cui iste, post Scioppus, anteà fuit
Salax Triphallus: Altidorpio in iugo
Vorace sæpe fauce gloriam abstulit,
Diserte Gifani, & polite Ritteri,
Tibi hæc futura porrò cognitissima
Timet Scioppus: Astriçis tonitribus
Tuo oblatrasse pallet in cubiculo,
Tuo imbuisse litteris in otio.
Abinde tanta Peruicaciæ freta
Rate exiisse, læua siue dextera
Tonaret aura, siue vtrumque Iuppiter
Simul vocaret ignium globum in latus,
Neque vlla fata credidisse Numinum
Malis parata, cum relictá vita sit.
Breuissimum vsque ad halitum suum fugax.
Sed hæc adhuc fuére, nunc Cratetico
Iocatur ore, seque deuouet tibi
Cinisce Icesie, & Cynisce Icesii.

CXCII. *De Scioppo.*

QVoicunque obuius es, fremis Poetam,
Et magno propior tumes Maroni
Quam sint Actius, aut Vida, aut recenti;
Quisquis Scaligerum tubâ veretur.
Rumpêris, Sacer, obuio Scioppo.

CXCIII. *In Scoppium.*

IN vrbe Româ esse inuenire neminem;
Periuriorem se, & fide tantâ malum.
Scribit Scioppus atque iactat in libro;
Quo Pestilentia ipsa multò est sanior.
Nimirum id illud esse Plinii puto,
Nullum esse librum tam malũ, quicquã boni
Quin idem habere sit putandus: Millia
Inter ter octo grandium & Capitalium;
Mendaciorum, cum Scioppus est semel
Verum locutus, Plinio constat fides.

CXCIV. *Epitaph. Scaligeri.*

CRux Sociis ex hâc nascetur, Candide, tũbâ
Lector: habent isthanc Scaligeri ossa senis.
Atque adeò hoc carmen quamprimum fæda videbit,
Ex hoc pendebit factio Loïolà.

CXCV. *Ad Dom. Baudium.*

BAudi Candide, cui scapham suopte

Verum est ingenio ſcapham vocare.
Cum iambo nimis arduo & polito,
Scoppi Spurcicies perire iuſſa eſt.
Quam noſtri vereor vicem libelli,
Qui, cum tam lepidâ manu teretur,
Vero nomine forſitan notatus
Appellabitur arrogans, quod in te
Et veſtras maledicta iacta Muſas
Vlciſci iuuenilibus iocorum
Auſit carminibus: Sed ô Beati
Manes Scaligeri, & ſuperſtes illi
Doctorum chorus Arbitro virorum
Vobis Simplicitas probetur iſthæc,
Cum non ſit niſi verſibus iocoſis
Confutanda, patens cuique perſe
Foedarum atra Lauerna falſitatum.

CXCVI. *Ad Nicium.*

O Puriſſime, Nici, in eruditis
O Doctiſſime, Nici, in expolitis;
Quod te rarò adeò canam, alloquarque
Ignoſces, puto: Nam tot eſt Scioppos,
Tot Sangas reperire, tot Bonarſcos,
Qui vatem eſſe vetent ſuorum amicûm,
Vt totum hunc malè nauſeem per annum,
Quem viuo procul à tuo Lepôre.

Inter tam mala monſtra, tamque fæda
NicI me meminiſſe turpe factu eſt.
Sed tu nomina ne perinde, Lector,
Coniungas, velut hæc facit papirus,
Coniungas vel ita vt ſolent papiro
Condenti dare ſepiam nigrantem,
Sed pro nomine Nicii polito
Poſcas, cenſeo, me nouum libellum.
Quem ſi non tibi ſoluero, ſed olim,
Poſcas mancupio meas Camoenas,
Aut nil continuum legas per annum
Ni quod laudet amabiles Scioppos,
Sangas Veridicos, Bonos Bonarſcos.

CXCVII. *Ad Lectorem.*

ARteis Scorpius helluatur omneis.
Credas Candide, diſputare adorſus.
Omneis nos facit ille nauſeanteis.

CXCVIII. *Ad Kirchmannum.*

QVid ScoppI patrem cenſes, Kirchmanne, fuiſſe?
Diſcipulum Coi cenſeo ego Hippocratis.
Incrementa etenim de functis eſſe creandis
Somnia deſcribens tradidit Hippocrates.

CXCIX. *De Patre Scoppii.*

FElicitatum idcirco per gradus cunctos

Ad summum honorem carnificis abit Lictor
Ne posset humili patre Filius nasci
Vnus futurus instar omnium Furum.

CC. *De Scoppio.*

SCoppius vt quondā pro posteritate legatur,
Nil intentatum cuncta, relinquit, agens.
O miser, & meritò: qui cum nemo esse potissis,
Esse aliquis mauis & simitu nihili!

CCI. *In eumdem.*

AVdibis in quo, Vinciens, libro Furem.
Scioppii illic esse crede Germanum.

CCII. *In Stoicum.*

QVæ mœcha facta est antequam duxit virū,
Quid nupta faciet Arriana? Stoicum.

CIII. *Ad Scoppium.*

NEc stellispicium scio, Scioppi,
Nec Chaldæa notas poli potenteis
Me gens edocuit, suum prophetam,
Verum vnum tibi pollicebor isthoc
Longè quod Petosiris & Necepso
Artem vincere dictitent disertam.
Ingens astra periculum minantur
Quod possis Domicœnium vocare
Integri octidui, caue, Scioppi,

 Hoc

Hoc possint Comites perire centum.

CCIV. *De Scioppo.*

TVrpe est scribere, sed tamen necesse,
Est mœchus sibi, qui Scioppo amicus.

CCV. *In eumdem.*

PLus egit sene iam parente natus;
Vespillone licet, cui iuuenco
Annorum puto sedecim, sinistra
Prodegit patrimonium clependo.

CCVI. *In Orbilium.*

NAsitremolocul⁹, feruliuibr⁹, altroculorb⁹,
Pacifugoprensus, Turpipoplisatuus.
Pulcritenospernus, veterisequus, atricolorus,
Cunctinouorisus, Solisibiplacius.
Omnealiitemtus, Blattitineebrioseruus.
Orbicerebrituus, Tristilaborirapus.
Labrirogofumus, bustaurirubus, geniflamus,
Cordepeponisapus, mentipapyrisapus,
Luminhyæniuidus, membrarboricortilibros⁹,
Sepimeropotus, Noctisoporifugus.
Tumilucernituus, Crepisibiliuentrisusurrus,
Dusitenebricolus, Manticotergirubus.
Vulpidolosimul⁹, Canicāditrahus, Lupirict⁹,
Bubomaliclāgus, Linguomachæromachus.
Foedinatispicius, clunexterebrosapiuirgus.

Et quid non dicas Grammaticum Orbilium!

CCVII. *Ad Scioppum.*

POndera sectarum qui nosti cuncta, Scioppi,
Dic mihi quot plumas Stoicus æquiparet?

CCVIII. *In Orbilium.*

ORbilii nasũ pingas quâ in imagine, quęris?
Balænæ quæras mentulam, ibi inuenies.

CCIX. *In Scoppium.*

MVltos iactat auos, & rectè: quomodo auo (vno
Cui tot sunt Patres, Scoppius, exstiterit?

CCX. *In Formam eiusdem.*

QVæris tu placeas quâ, formosissime, parte?
Quam partẽ in nudô nemo videre potest.

CCXI. *Ad Antiquarium.*

EVandri vetulæ commentus dicta parentis,
Quid tibi cum seclo, Passidiane, tuo?
Quid tecum seclo? si vis te viuere credam
E bustis mecum desine, inepte, loqui.

CCXII. *Ad Blauiscum.*

CAudatos Lepores facis Poetas;
Leydam censeo ne bitas, Blauisce.
Si te viderit Heinsius, peristi.

CCXIII. *In Scoppium Parodia.*

TVcetum fuerat, Baroni quod mẽsã ferebta,

Gustauit postquam Scoppius, ecce, lutũ est!

CCXIV. *Alia Parodia in Bilonem.*

DVm donas, Bilo, Laureas Sybotis,
Desisti, Bilo, Laureas habere.


CCXV. *De Epigrammatis.*

PRoxima ꝙ Satiris Epigrãmata ludere ducã,
Plurima in vrbano seria mista ioco.
Loiolas fatuos, & Scoppi mollis acumen,
Rumpere festiuo res mihi grata sale est.
Scilicet argutum flos est Epigramma, nocentis
Dum lusum, Silli, non sua lingua putat.
Et procul à vitiis salsum tenuêre Poetam
Carmina, q̃ blandâ turpia voce notant.
Nec minus erroris tacitè monuêre legentem,
Sic iuuat arcano tinguere fella fauo.
Vtq; acies tenuis, penetrat cito corpora lamnę,
Sic gracili erubuit Perfidia icta ioco.
Adde ꝙ indignum calamos in publica muneis
Commoda rimandis dedecorare malis.
Dumq; rudem vulgum terrent à crimine Silli,
Historiam ignoti sæpè dedêre mali.
At leue dum transit nitidi Mucronis acumen,
Conscius vltrò ad se tela petendus agit.
Nec scelerum facies datur inspicienda ꝓfanis,
Quippe sub arguto condita tota ioco.

Sic vbi magnidicis frangunt subsellia bombis,
Solatur quorum fabula longa famem.
Vt Probitas, Doctrina, Pudor, Cõstãtia Recti,
Ingenium felix, Fama, Deûmq; Timor
Contemerata odiis, Linguęq; ardente veneno
Turpis, in illustri sint male tuta loco.
Nos facileis Elegos, Iambiq; volubilis alas,
Et lepida vndeno stringimus orsa gradu.
Vt contemta velut proprio stridore residat
Exanimis longo, bulla proterua, sono.
Nec metuo vltoris titulos strepitusq; Sophistę,
Fracta vel in rythmos, barbara dicta, suos.
Candida nos Virtus à Nobilitate parentum
Tracta per exemplis secula multa, tegit.
Nec poterit quicquã reperire notabile Liuor,
Moribus aut factis inferat vnde notam.
Quod si docta minus, aut priscâ comta nitelâ,
Carmina tergemino clausimus ista libro.
Nequaquam patimur, dum sese Inscitia nescit,
Grassari in nostros Barbara tela iocos.
Iudicium doctos esto penes, omnia perdit
Qui studet hirsutis complacuisse Sophis.
Deniq; qui nescit scriptis meliora Notator
Scribere, Censuras hinc procul ille ferat.
Seq; suo iactet in puluere, temnat aristas,
Glans sua ne cuiquam quam sibi lauta siet.

Illic vegrandi vendat mendacia barbâ,
  Atque ſupercilio turgida dicta fero.
Cumq; nihil poſſit, Ruditas clamoſâ, triũfet,
  Dum ſedet excelſo ſuſpicienda loco.
Ne poſſint pueris non intellecta, ſenili
  Diſcere canitie, qui graue crimen habent.
Hos, Riuale procul, Solis ſibi priua probantes
  Omnia, Ridiculis annumerare licet,
Qui procul Orcheſtrâ, ſaltûs ꝑ plebe cienteis
  Vix etiam ſolis ſic placuêre ſibi.
Turgida gens faſtu noſtrâ de fruge recedat,
  Quos tenet argutæ Simplicitatis Amor.

FINIS.



TYPOGRAPHEO


PRÆFECTUS

AMICO LECTORI.

CUm nec à stilo nec à materia nobilissimi nostri Tarræi Epigrammatum, CASPARIS BARTHI *Panegyricus in Vindiciarum Cæsarearum contra Pontifices Scriptores à Nobiliss. Meliore Goldasto editos, abire videretur, sæpius autem Auctorem queri audiuissemus de eius mendarum horribili obsessione; placuit Panegyricum ipsum exscriptum, & ex* BARTHI *sententia correctum subiicere.*

Vale.

CASP.



CASP. BARTHI

IN

MONARCHIÆ ROMANÆ CÆSAREÆ VINdices à MELIORE GOLDASTO editos, Panegyricus. CIↃIↃCXI. KL. Septembribus.

DI, rerum indigetes, quorum famulantia iussu
Astra, pari immensum currunt ambagine tempus
Vt rata perpetuo constent sibi momina nexu
Secli regis appensa rotis; Vnde ordine certô
Limes agat fixis distinctas cursibus horas,
Immensumque æui torrentem, & secula miris
Passibus erranteis in se sectantia gressus
Alliget Ordinibus, & circumscripta gubernet;
Vnde extrà numerum diis concredita signis
Fata mouent certis mortalia tempora metis:
Tuq; astrorũ ingẽs claris moderator habenis

Fons

Fons Lucis, stirps alma diei, Sator inclute rerũ,
Formificis dominos flãmis qui digeris igneis,
Infœcunda sacris incendens viscera venis,
Prolificumque mouens cœlesti lege Calorẽ,
SOL, oculus mundi, cuius Natura maritô
Intuitu tumefacta, omneis se fundit in æstus,
Et recidiua nouis instaurat secula Vitis.
Verus Amor DOMINI; per quẽ florentia rerũ
Semina descendunt cœlo, Lunaria præter
Lumina, & immẽsũ penetrãt occulta per Orbẽ.
COME diem meliore comâ, nitidique iugaleis
Auroram læto florentem fulgure vincant.
Illa quidem optatam cernẽs consurgere lucẽ,
Iamdudum aurato cœlum crispabat amictu,
Cum veteri è pædore seneis exscendere canos
Debilis agnoscens mundi, ter lumine plausit
Gratiuido, noctemque nouis concedere iussit
Lætitiæ numeris: per quos ipsa inuia quõdam
Auribus humanis, diis concentibus astra
Excutit Harmonia, vt longo concordia tractu
Carminis æterni mundum squalore vetusto
Exsuat, optatosq; palam det cernere cantus.
Nimirum illa dies fatis voluentibus instat
Aurea quâ demum, generoso excocta metallo
Secula, barbariem ferri, cum pondere duro
Temporis ærati abiiciant, nec stamine lusco
Inui-

Inuideat fuluis votorum argenteus ordo:
Quippe adeo longum tenebris infecta situq;
Pallida, Roma leuat caput extra nubila, & olim
Desponsum, verè iam nunc affectat Olympū;
Diuorum Imperii sedes, contermina cœlo
Vrbs, orbis Domina, & magni cognata tonātis
Naturę ingenium, soboles fœcunda Gradiui,
Cuius in immensas latè subsidere laudes
Optim⁹ in numeros dudū cōfessus Apollo est.
Cum iam oēm sacris deuinctū legibus orbem,
Fascibus æternis constringere posse putaret,
Ipsa suum in gremium pondus fatale recepit
Pestiferę sobolis, per quam nec iura, nec ausus,
Nec Pietas certis constaret tuta catenis.
Sed lubitu obscœno turpans Babylonia Thais
Iusque piumq;, vltro Regum se vertice sistit
Infandam dominam, philtrisq; potentib⁹ vsa
Incestat specie recti, florentia dudum
Sceptra Deûm, lentè inspirans lethale venenū.
Qualis in immensis solus dominatur arenis
Pestifero afflatu Libyæ Basiliscus, & ingens
Turre caput triplici leuat exitiosus in auras.
Exsangues illum campi tremuêre, comasq;
Vel procul adspecto siluæ posuere virentes.
Ille sibi gradiens latis decrescere gaudet
In mortem spatiis accisæ semina vitæ;

Nec.

Nec iã adeo exanimes curat pallescere tractus.
Qui metuunt alio deducta ex ore venena,
In proprias bacchatur opes; nõ Scorpius illũ;
Nõ impunè videt geminabilis Amphisibœna:
Non volitans aliâ lethalis peste Sagitta;
Non quicquid Natura timet, cum sidere pullo
Inspexit Titan terras, taboq; cruento
Inuisas formas mortalibus extudit horrens.
Nõ aliter Romana, triplâ caput aucta coronâ,
Infandum populos virus dispergit in omnes.
Ipsa sui vix iam de fulmine tuta veneni;
Chaldæo prædicta seni, tristissima Thais.
Insidet Europæ campos, sceptra aurea regum
Pallenti inuoluit tabo, viresq; Potentum.
Arbitrio adspectûs, alios deriuat in actus:
Hesperii insessor mundi, tristissime serpens,
Ecquid in hac tanta securior arte nocendi
Naturam spernis, duplicatã à fraude veneni?
Verũ equidẽ, quodcunq; malis influxib. ęther,
Fatidicûmq; senûm iunxêre oracula, vestro
Ingenio victum, maiori crimine noxam
Congeminare palam facta infelicia clamant:
Vel diuinam Aquilã, victæ quę conscia Romę
Germanos proceres genti exæquasse Deorum
Cernitur, eluuie quali & sordentibus vmbris.
Hactenus indutam temerasti, inglorius auctor

Infor-

Infortunati Canonis, quo ciuica Iura
Conspurcas, terræq; genus cælestibus armis
Concubitu immisces furtiuo, vt Legibus orbis
Imperii quondam iusto temone ligatus
Crimine soluatur fœdæ meretricis auaro.
Quod si adeo infādo placuisset scindere ferro
Iura hominū, Paleisq; sacras inuoluere frōdes,
Saltim aliquid saluâ statui ratione decebat.
Nunc exlex pretio venalia vendidit ora
Pontificum iuratus honos, mendica refixit
Iura, cui semel est vel paullum attonsa culina.
At si illo quoque fine ferox insania sæuæ
Fixisset furias obscœno Thaidis œstro.
Incurrit vitiis, Maiestatemque rebelli
Cæsaream incestat stimulo, Regalia raptu
Iura sibi adscribens, indesignataque priscis
Castra super regum ponens ceruicibus altis.
O Germanus honos, ô dudū degener, ex quo
Imbellē, infandum, Bullis leuia arma mouentē
Suppositâ venerare manu! Tibi Martius ensis
Italiam rerum dominam, tibi Gallica regna
Pugnaceisque ensis victor subiecit Iberos.
Vt demū opprobrium mūdi, famosa meretrix
Sordibus erepens patriis, & stercore auito
Impositis pedibus premeret victricia colla?
Non aliter quam cum diuino concitus œstro
Diru-

Dirupit Philisæûm acies Mauortius Heros;
Isacidum quondam fortissimus, illius vno
Contremuere graues ictu & cecidêre cateruę.
Postquã arma insumsit, blãdo deceptus amore
Virginis in collum turgentia sanguine flectit
Brachia, terribilis donec coma forcipe molli
Decidit, & Solem moribundo lumine fugit.
Sic tua deuicto rediens Victoria mundo
Par superis, Solemq; vno complexa triũpho,
Consedit tandem fœdæ meretricis in armos,
Proh, pudor! ô veterũ si quis generosa parentũ
Pectora restituat tumulis, Pietate seuerâ
Qui coluere Deũ, quanto cum turbine molles
Excutiant frœnos, & fœda repagula calcent:
Sed quid ego infesto molitus didere cantu
Antiquos euoluam atauos. cerne inclyta secli
Corda tui, quibus ingenti perculsa dolore
Erumpunt generis vltro monumenta vetusti:
Cerne adeo GOLDASTUM atauis atq; ore po-
Heluetiæ sobolẽ stirpis, liberrima cuius (tentẽ
Et calamo & dextrâ cupiunt euoluere vota
Eluuie tristi patriam. Quo ille impete dudum
Exsangueis famulos, atq; offis vendita dudum
Nomina deiecit, quam nõ meruêre, cathedrâ!
Vindiciis cuius Latio depulsa guberno
Germanos agnoscat heros, agnoscat honorem
Cæsa-

Cæſaris, ingenti ſupplex proſtrata Deorum
Roma ferox generi. mercato Loiola cultu
Exeat in ſiluas & tintinnabula iactet.
Cęſaris eſt ſupremus honos; dare gentib. arma,
Et data iuſtificis premere atq; abſcõdere iuſſis,
Cæſareum eſt: ne quid capiat Reſpublica dãni,
Ne trahat attonitis hũc atq; hucpartib. orbis
Fortunâ fatum contra pugnante, ruinam
Proſpicere & lapſas vltro inſtaurare columnas
Cæſareũ eſt. Quid fœda, animis muliebrib. au-
Barbariẽ effũdis Soli, Babylonia Thais? (dax,
Tu ſiquidem fatis huc infœlicibus acta es,
Corporis inuigila poliendi, prodiga, curæ
Semiviræ vt placeas Sectæ, cui Loiola nomen
Peſtiferum dedit, ipſe odiis hoſtilibus ardens
Contra iura hominũ, contra Regesq; Deosq;:
Attyos igne ſuo miſcẽs agnomẽ, vt olim (uẽtẽ
Bacchãtẽ populo in medio & reſona arma mo-
Agnoſcat procul & Cybele Romana trium fet.
Stabimus inuicti. contra nos barbarus Enſis
Conducti veniant Mauri, Germania pridem
Erubuit meretrice regi. Quid pallida rodis
Murmura, & ignaras cõtra frenris, impie, dex-
Neſcimus pugnare tibi. Tua nomine ſolo (tras
Vſurpata palàm calamo benè iura retundit
Heluetię titulus gentis, GOLDASTIA Peitho
Illa

Illa legens retro veterum vestigia Patrum
Cæsareis vindex titulis, vanissima gentis
Loiolæ calcat iactamina; Ne quid inultum
Impunè ingenteis veniant latrare molossi,
Confutat quodcunq; ferũt. Præscriptio lõgos
Ædificat libros. Ecclesia dicitur, hîc est.
Secula tot nostris nugis decepta, vetustos
Confirmant ritus, & Romanensia captant
Suppositis manibus, nullo cogente, piacla:
Hoc tumidi Buccę, balatronũ exercitus omnis
Omnib. in triuiis, iactando, barbara rumpunt
Ilia: quid verè ferat hæc præscriptio, quot sit
Interrupta modis, quam sępè exercita, postquã
Publicitus releuare oculos Germania cæpit
Ante etiam, quã quis vulgo tibi credere possit
En aperit GOLDASTus, & irreuocabile pondus
Pestiferæ innectit sectæ, quo pressa vetustos
Agnoscet Dominos & Cæsaris arma timebit.
Tu GOLDAST⁹ eris, tibi cum mortalia soluent
Membra Deę, tumulũ super auricolorib. alis
Æternus seruibit honos, tibi gloria palmam
Nectet adoratæ laurus, tibi viuida semper
Fama nouam prolem veteri producet ab igne.
Qualis ab Assyrio longęuus palmite Phœnix
Æternum instaurat corpus, cum mille senectã
Indefessam annis diuino senserit œstro,
Prouo-

Prouocat agnati sobolem Iouis; illicet alto
Viuificis radiis pluit immortalis Olympo
Ignis, & in cineres Phœbeia lampas amatos
Fœcundis venit inlecebris: vix mortua torpor
Membra palam linquit, dicto volat ocyus ales
Ignicolor, mundumq; nouo clangore salutat:
Excipiunt plausu superi, vix contigit vni
Mille hominũ è populo sãctã cognoscere vocẽ
Harmoniæ soboles; Genitor, prolesq;, suæque
Stirpis auus, volat aurato per nubila tractu
Par superis ales, manet indelebile nomen,
Gloriaq; è tumulo nunquam peritura resurgit
Talis honos, GOLDASTE, tuus: tibi nomẽ ab
Assyriã præsignat auẽ, tua Fama per ignes (auro
Exscendens tumuli feret intemerabile laudũ
Remigium cœlo, & superis miscebit honorẽ:
Te cum cana cinis fatali tempore soluet
Cœlestis circũ Harmonia irresonabile carmẽ
Et saliet choreis & læto pectine plaudet.
Immortale decus secli, cui fata dederunt
E veteri pædore graueis attollere vultus.
Qualis in immẽsis domibus volitãtis Olympi
Æterno Cælorum Operi modulabilis Eccho
Assonat, acceptamq; refert cum fœnore vocẽ.
Tali Posteritas soluet tibi carmine grates,
Imperii qui Iura, graui lurore, tenebris

Tradi-

Tradita, restituis radiis Hyperionis alti.
Nec tibi fœda vmquã moueat Liuore dolorẽ
Inuidia, aut diis pallens absterreat actis.
Si non grata suis incumbent secula damnis
Et mortalis honos meritum graue nesciet: ipse
Omnipotens meritis reddet tibi præmia tantis
Digna; cui seruis, cuius vice Romula Iura
Concilias Germano Operi, meretricia regna
Extricas mundo, seruiliaque arma retundis.

Nos vtinam in parteis talis concedere põpæ
Fatorũ nõ nollet amor. Rapiam arma, grauiq;
Loiolas ausũ citra Romana retundam
Castra, quibus Latii credũt transcendere fines.
Vt subito moles interpellata petauro
Excutitur, longoque secat caua nubila iactu,
Fulmineo donec depulsa furore, residat.
Artibus è mediis (quarum se arcana lupata
Et regere, & rectas aliis dare posse catenas
Falso adeo iactant) sublatos æthere nudo
Discutiã exsãgueis vmbras, quę tegmine multo
Diuinas fingũt volucres, cũ obscæna sepulcra
Nocte colant media atque infelicissima cantẽt
Omina, regali quibus est excussa cathedrâ
Sæpe man⁹ procerũ, sæpe & prouincia in igneis
Consedit miseros, ipsi cum pantice pleno
Lurcentur, delicta hominum, nec sidera cessẽt

Contemerare odiis, dum pro Pietate tumult⁹
Exanimes mouisse volant. proh perfida mūdi
Crimina! queis olim iam fessa & pallida crebro
Funere Tisiphone cum successoribus vsa est,
Dicitur alterius victâ ditione sororis
Mundū inuoluendū subitis cecinisse tenebris:
Exitus arrisit Conamina. feruidus ensis
Instruxit furias, atque vltio longa pependit,
Dum Pietas paucorum hominū, sublimia fata
Sustinet, & sceleri crebro per vota parentat.
At nisi Posteritas studiis aduersa nefandis
Vltro aciē gladii, Domini quā dextera vibrat,
Et precibus vitâque volet deuertere rectâ,
Loiolæ sunt Pænæ hominū, per crimina crimē
Vlturus rerum Domini furor, impia dudum
Secula in infandas proturbat perdita sectas.
Nil adeo scelerum supremo in tempora rerum
Sperandum est Diris, ex quo notescere vulgo
Obscæni incipiunt Patres. Simulamine longo
Lusa fefellerunt, picturatisque figuris
Tempora, cum paucis pietas adsurgere contra
Feralemque aperire chorum & Cybeleia festa,
Orgiaque Actæis non inficianda cynædis
Diuino iubet afflatu. Pallentia pingunt
Ascylti veteres curti fragmenta PetronI.
Hę Lemurum facies, hæc sunt imitātia Laruas
Car-

Carmina, quæ Socio defēdunt scripta Neronis.
Quotidie qui facta, negant notescere vulgo;
Affectus cuncti, mortalibus externatis,
Eiurant miseros: vt nullo iudice secum
Exercere queant, quæ tot per crimina culpant.
Instituunt igitur cæcis cænacula muris
Anfractusque inopes lucis, obscuraq; quærūt
Cōcilia, atque oculos primum pro testib⁹ illis
Suffugiunt, quos nulla potest depellere fando
Suada potens. Inde in longas discedere terras
Spōte volāt, quotquot veteri inuenere sepulcro
Corpora, restituunt vitæ. nec credere quisquā
Præter eos potis est, qui tanto examine nolūt:
Hinc strue sublimi crescit mendica papyrus.
Implorantque Fidem miseri, qui Numine læsō
Vix natibus dignas possunt implere tabellas
Furtificis dictis, vt iam pro paupere rhombo
Conducat cartas diues Cocus: illæ vbi solum
Bibliopolarum nares pallentis odore
Contigerint Socii. Si quis conuicia dictat
Et foriis dignos titulis inscribit Elenchos
Hic legitur. qualis Balatronum triga quotānis
Prostat ad officium. Clari persona Bonarsci,
Sangaq; prostibulum, nec puri Cratserus oris.
O stirps Sacra Deûm, labentis destina secli,
Vindex Sancte qui, stirps Heimēsfeldia, quis te

Oppoſitum tantis poſſit tibi credere mõſtris?
Tu Domini virtute viges tibi Purus ab alto
Spiritus inſpirat mentem, Genialia dudum
Aſtra loco furiis mouet infandiſſimus ordo.
Stas tamẽ: & manibus puris venerarisOlympũ,
Deſitaque antiquis atauorum à moribus vltro
Sacra paras, puramq; Animam Cæleſtib⁹ indis
Conciliis, vt dictaDei tecum ipſe reuoluat.
Sic furias contra, contra Pallentia noctis
Regna animum obfirmas diuino tutus amore.
Noui equidẽ, dictisq; tuis mens addita creuit,
Creuit; & immenſis par eſt ſibi viſa Deorum
Remigiis, cum verba mero ſtillantia melle
Ruminat: ah miſeri, vanas pugnatis in auras.
Hic Deus eſt. Exite procul, procul ite profani.
Quáquã animã in tãtos liquendã traderet act⁹
Conſilium Domini, fœlix Goldaſtus abiret,
Parque illis quorum fœlici Eccleſia cultu
Nomina perpetuum ſacrata infixit in annum.
Macte animi his verbis. macte hac Pietate, per
Per furias, per ſaxa, per irreuocabile fatũ (ignes
Tũtus eris. Tibi in auxiliũ manus arma Iehouę
Deproperat, tibi ſancta FidesClypeũq; Iubaſq;
Suggerit, enſiferam gladio Prudentia dextram
Induit, in galeâ conum Conſtantia ſeruat.
Sobrietas pectus ferrato munit amictu:
Haſta

Hasta pudicitiæ donum memorabile longè,
Exercet timidos hostes, bilemq́; resignat:
Robore mētem animi magno Patiētia firmat,
Tranquillàque manu motus componit, & vnâ
Fortem utramq́; docet facie perferre volentē.
At trepidi in nebulis & iam sua facta pauentes
Loiolæ excedunt campis, Clypeataque iactant
Brachia, iam gladios nescit temerarius ardor,
Sponte iacent, fœdâque aciem rubigine turpāt.
Illos Cura penes Metus est, & iniqua Doloris
Cōgeries, tot mōstra, Erebo quot lurida quōdā
Nox peperit, tristisq; obstetricata Megæra est.
Ante ōnes stimuli malè cōscia pectora turbāt,
Irarum, insidiarum, ir opacâ nube Dolorum,
Hinc pallor, certoque loco consistere testem
Nescia mēs verita, & proprio concisa tumultu.
Pone sequēs caput anguineum fœtūq́; cerastis
Alecto intentat: magno stridore flagellum
Instanteisq; aperit Pœnas. Hunc impete torto
Præcipitat rota perpetuò reuoluta recursu.
Illius exsangueis artus & pallida dirâ
Morte Prometheæ volucres omenta fatigant,
Obscœnisque instant rostris, & viscera tundūt.
Parte aliâ vindex cæsorum extra omnia iura
Iusticia exercet lancem, & stricta orgia ducit.
Quod quisque in vitâ Domini fecisse ministris

Dicitur, & multo cruciamine corda piorum
Affecisse diu, patitur sine fine per vmbras.
Hîc adeo in densa suspensos nocte videre est
Mortales quondam lemures, quib. apta figura
Defunctorum animis, per opaca silentia bustis
Insultare solet, miserosq; hâc fraude parentes
Decipere, vt charis statuant super omnia natis
Pervigiles cantus mystarum, vt pantice pleno
Sacrificæ possint meditari vlulamina Laruæ.
Hos circũ obscœnę volucres bacchãt in ũbris,
Effictosq; sonos, mentitaq; murmura reddũt.
Mille extra numerũ mortes per opaca vagant,
Excruciãtq; feros, terrentq; & porrò relinquũt,
Ne qua è tantorum spes finis mole laborum
Excipiat miseros, nec pausa sit vlla dolorum:
Non procul ille siti flagrantia sustinet ora
Perpetuisq; inhiat fluuiis, quos flamine pullo
Ventus agit sursum, captantiq; inuidet æstu.
Hunc miserâ in vitâ torsit ferus ardor habẽdi,
Per fas perq; nefas studio bacchatus inani
Hæredum insumsit ventura in gaudia vitam.
Quid reliquos opꝰ est male compto includere versu?
Hic Sodomita libido leui succincta crocota
Infandas patitur flammato in carcere Pœnas.
Hic aliud genus & vitio maiore cauendum

Sola cui superest Ignatl secta, vagatur
Perpetuis circum sua fata furoribus, atq;
Omnem extra finem lamnâ candēte notatur.
Cætera quis longo possit deducere versu,
Omnia Loiolæ queis secta ferocis abundat
Criminibus, superis odium implacabile iurās.
At Chorus ætheriô multum de flore Beatæ
Participans vitæ, roseo velatus amictu:
Exercet Choreas, pedibusq; ter impete docto
Grata sonat superis, resonatq; volubile carmē.
In medio cuius Vindex GOLDAST⁹ Honoris
Imperii, cui tota sacris Ecclesia dictis
Cōsonat, instaurat fidib. modulamina doctis:
Circum candidulis euincti tempora tæniis
Antiqui Heroes, iam credita nomina cœlo,
Quorū ille indigetes animas è nocte reuulsas
Producit cælo, radiisq; nitentibus auget,
Ore canunt pleno grates & carmina dicunt.
Carmina TARRÆI quondā debentia nomen
HEBIADÆ curis, qui nunc ætate nitente
Moribus infandis odium debere fatetur.
Hi Babyloniacos fastus, meretricia pandunt
Regna sacræ Laruæ, quę nūc super omnia diris
Exscensura modis, regum in ceruicibus altis
Obscænos fixit gressus, pedibusq; profanis
Regna quatit rerum. Nec cardine sistit in vno

Infanda Ambitio perituri monstra tyranni.
Attrahit in frænos mundũ, quin summa tonanti
Sceptra manu tentat, dirum, violare profana.
At pater omnipotens certis inscribere metis
Bacchantis furias recolens iussisse prophetas,
Tela manu leuat alma, venit iam fulminis alis
Succinctus, vindex rerum, diuinus Elias.
Illius obtutu Corybas clamosus in antra.
Antra sitûs prisci refugit. Iam vertice triplo
Excidit, & non vult sceptri meminisse, corona.
Exsangues circum catuli, quos Loiola misit,
Fragmina constipant, mendicatoq; tumore
Laidos in Laudes fractæ feralia dicunt (bras.
Carmina, vix trepidæ meretrici audita per vm-
Concisum illa caput, fuci iam oblita vetusti,
Squalẽteisq; oculos leuat, & sua funera magna
Pręfica voce dolet, redeũt monumẽta superbi
Imperii, famuli quondam, nunc colla tyranni
Calce premunt, tenerosq; elidũt sedib. orbes.
Tu, Pater omnipotẽs, cui⁹ mala bestia nutu
Deserit imperium rerum, sensimq; secuta
Prisca patrum sanctis oracula crẽdita, libris
Exspirat mortalem animam, fœdaq; volentem
Eluuie exonerat mundum; da maxima gratâ
Mente palam tua dona viro fateamur in isto
Heluetii qui floris apex, tristissima regna.

Excutit

Excutit & Solem veteres deducit in vmbras.
Ille tibi adſcribit, qui de te fonte profectus
Irrigat arenteis hortos, tibi riuulus auſpex
Perpetui floris multo viridaria rore
Fœcundat, laudũ vnde tuarũ vberrima meſſis
Succreſcet pratis, cœlumq́; attinget odore.
Tu miſeros ad quos rediit fæx vltima mundi
Per tenebras, per ſaxa, per ignem, & marmora, & vmbras,
Siſte loco æternæ, te te ſponſore, quietis.
Interibi quodcunq; mali pro parte virili
Quęq; iubes ſufferre, tuo moderamine fautor
Ritè leua, & ſuccede oneri q ferre nequimus,
Præcipuè tua cura velit depellere noctem,
Qua modo Rellígio craſſis induta tenebris
Talipedat, ſurſumq́; logis atq; acta deorſum
Præcipites animas ſpebus ſæpè excutit Orco.
Da te ſancta fides vnum videatq́; colatq́;,
Et mandata tua humanis ſecernat ab actis.
Te ſolum Pietas vnum te norit aſylum
Inconfuſa vmbris huc atq; huc corda trahentũ
Pro lubitu Babyloniaci Corybantis amicûm.
Imperet ille ſibi. Chriſto nos libera colla
Subiicimus, tantâ qui nos pietate redemit.
Hos etiam tua qui ſpreto ſacraria mundo
Expurgant lurore, velis ſeruare miniſtros.

Ne quà illis noceat sæuus meretricis hiatus.
Te fruimur tutore, pater: Sine Numine vestro
Vix stipulæ, quas ventus agens medio æthere turbat
Ludibriũ. Tecum æratis transcendere claustris
Possumus obiectas portas. Tibi sæcula longo
Victa situ emendat Pietas GOLDASTIA; per te
Tuta sit, & numerum cum iam complebit auorum,
Tecum perpetuâ regnet super æthera vitâ.
Interea in terris, quas est evecta tibi cum
Astitit, & tua per docuit te oracula mundum,
Perpetuet, decorisque sui sibi conscia semper
Augeat incœptas æterno Nomine laudeis.

FINIS.

